**Succinta instauratio de balneis totius Campaniae ... cum libello contra malos medicos ... Item Elisianum auxilium in horribile flagellum morbi Gallici, contra nonnullos barbaros ac vulgares empericos / [Giovanni Battista Elisio].**

**Contributors**

Elisio, Giovanni Battista, active 1500.

**Publication/Creation**

Naples : A. Friza, 1519.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/tapzenxr

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

2005

L. LXIII. 29

2005
m

# Succinta inſtauratio de Balneis totiꝰ cāpanie Ioānis eliſij medici neap̄. cum libello ꝯtra malos medicos Sereniſſimo principi biſiniani directa.

✝

Item Eliſianū auxiliū in horribile flagellum morbi Gallici. contra non nullos Barbaros ac vulgares Empericos.

Cum gracia et priuilegio.

✠

¶ AD SERENISSIMVM BERNARDINVM SAN SEVErinium Biſiniani principem mirabile opuſculū de balneis totius campanie:una cum Arabico libello contra malos medicos.

CVm animo mecū ipſe ſepe euoluerim Illuſtriſſime princeps cui opuſculū de Balneis ac libellū Arabicum contra malos medicos:arduū qppe ac excelſuꝫ ei ſimilē queꝫ theophraſtus alter Ariſtoteles antea ediderat noſtra ope in Romanam linguam conuerſum dedicare poſſem : occurrit tua inclyta ſerenitas que rationales medicos atqꝫ eos omnes qui reruꝫ ſcientiā ſtudioſiſſime conſectātur ſumme fouet mirandaqꝫ beneficentia ac incredibili amore proſequitur. Merito enim inter totiꝰ europe eminentiſſimos Principes occurris liberalitate ac probitate preſtātiſſimus cū neminem lateat inter regulos noſtri cui quantū San Seuerinia domus emineat quā licet plurimi eternis virtutū monumentis exornauerint. Tua tamen inclyta celſitudo eam prudentia:beneficentia:ingenio: congeſtiſqꝫ mor ac dignitatum regijs theſauris tua virtute exclara feceris clarioreꝫ. Accipe igitur Sereniſſime Princeps ſuccinctam hanc noſtram de balneis inſtaurationeꝫ vna cū Arabico libello aduerſus malos medicos velut Eliſianū munuſculū ex rariſſimis grecorum. Arabuꝫ ac latinorum ingenijs excerptum non lepore aut rhetor floſculis exornatum:ſed ſummo ſtudio pro omnium ſalute confectum quod partim latino partim vulgari ſermone conſcribam: vt tibi campanieqꝫ nymphis ac primarijs feminis reꝫ gratā efficiam:qđ ſumme cupio vt etiam apud litterarum expertes tuum ampliſſimuꝫ nomen effundatur: penes quos libellus maiorem ſibi vendicabit auctoritatem cum erit tuo inclyto nomine inſignitus : ⁊ apud doctos omnes innoteſcat huiuſmodi ſaluberrimos fontes felicibus nymphis ornatos in toto terraruꝫ orbe ſummopere venerari : in hoc autem paruo volumine preſentanea certaqꝫ cernes omniū morborum arte ⁊ natura auxilia: principibus ipſis maxime profutura; ſis felix vbiqꝫ noſtriqꝫ memor.

# Pro ſuccinta inſtauratione Bal

## neorum Neap̄.ac puteolorum.Alphabeticus index.

¶ Ad cōmunem omniū Salutem ut unuſquiſq̃ faciliter inueniat aquā ſalutiferam ſueq̃ indiſpo/ ſitioni conuenientē talem premittimus indicem.


¶ AD ALACRITATEM.Valet balneum iuncarie. Succellarii balneum colature bal.defatis:bal.petrolei.

AMPHIMERINE.Valet bal.plage ſeu balneolū bal.de bracula

ANO.Valet balneum pugilli.

ARDORI.Valet balneum Succellarii.Sancte anaſtaſie.

ARTHETICIS.Valet balneum.Cantarelli:bal. palumbarie bal/ neum fontis epiſcopi bal.ſcrofe & trituli.

ARTIBVS. Valet balneum foris gripte & balneum ſancte ana/ ſtaſie ac balneum petrolii.

ARTICVLIS.Valet bal.ſubueni hominibus bal.cantarelli

AVRIBVS. Valet bal.de petra: balneū palumbarie & ſctē lucie.

BRACHIIS. Valet balneum ſancti georgii.

BRANCIS.Valet balneum aſtrunis.

CAPILLIS. Valet balneum Sncceliarii.

CAPITI.Valet ſudatorium trituli:balneum Sulfatarie balne.de bulla:bal.petre bal.prati bal.de ferris:bal.pugilli:& bal. bracule.

CARDIACIS.Valet balneum palumbarie.

CATERATHE.Valet balneum ſancte lucie.

CHIMIS.Valet balneum ſudatorii.

CICATRICIBVS.Valet balneum Rainerii.

CLAVDIS.Valet balneum culme.

COLERE.Valet balnenm petrolei.

CONSVMPTIS. Valet balneum iuncarie balneū plage balneū arcus balneum ortodonici.

CORDI.Valet balneum de bulla:balneum petre:balneum cola/ ture ac etiam balneum petrolii.

CORPORI.Valet balneum ſudatorii:balneum de bulla:balne. ſancte anaſtaſie balneum pratiti:bal.arcus tripergule rainerii.

CROSSIS ARTIBVS.Valet balneum petrolii.

CRVORI. Valet balneum giberoſi.
CRVRIBVS. Valet balneum ſancti georgii.
CVTI. Valet bal. iuncarie bal. foris gripte: balneum cantarelli.
DEBILIBVS. Valet balneũ Sancti Nicolai.
DENTIBVS. Valet balneum aſtrunis ac Succellarii.
DOLORI. cuicũq; ualet bal. ſubueni hominib9: bal. ſolis & lune
DIAFLAMATI. Valet bal. ſpelunce.
EFFIMERIS. Valet balneum ortodonici.
EMIGRANEE. Valet balneum deferris.
EPATI. Valet balneum bulle: bal. iuncarie: bal. arculi.
EXTRATIONI FERRI. Valet bal. cantarelli: bal. defatis
FACIEI. Valet balneum colature: bal. Succellarii.
FAVCIBVS. Valet balneum aſtrunis: bal: bracule.
FEBRIBVS. Valet balneum ſulfatarie: iuncarie foris gripte: balneum trituli bal. bracule & ortodici.
FISTVLE. Valet balneũ ſolis & lune bal. cantarelli
FLEMMATI. Valet balneum ſulfatarie: balneum aſtrunis. balñ. Rainerii ac etiam bal. trituli & ſudatorium eiuſdem.
FLVXVI. Valet balneum giboroſi.
FRIGOTIBVS. Valet balneum petrolii.
FRONTI. Valet balneum ſancti georgii.
GAVDIA MOVET. Balneum iuncarie.
GENIBVS GENIS. Valet balneum petrolii.
GINGIVIS. Valet balneum ſuccellarii.
GVCTE, Valet balneum trituli: balneum ſolis & lune: balneum ſpelunce: balneum giboroſi.
HVMORES. Euacuat Sudatorium trituli ſudatorium aniagni.
IECORI. Valet balneum foris gripte: balneum ſubueni hominibus: balneum arcus: balneum ſuccellarii.
INGVINIBVS. Valet balneum de bulla.
INTERIORIBVS. Valet bal. de petra & balñ. de arcu.
LACERTIS. Valet balueum de prato.
LACHRYMIS: OCVLORVM. Valet balñ. ſulfatarie.
LANGVENTIBVS. Valet bal. ſudatorii bal. ſancte anaſtaſie.
LAPIDI. Valet balñ. de petra: balneum ſancti georgii ac etiam balneum giboroſi.
LATERI OBEST. Balneum cantarelli.

LENTIGINI. Valet balneum Succellarii.
LEPRE:LESIS. Valet bal.Petrolii:bal.Scrofe.
LETICIAM PROVOCAT.Balneum iuncarie.
LVMBIS OBEST.Balneum palumbarie.
LACTI:AC LVBRICITATI VENTRIS. Lac multiplicat bal/neum fontane lubricat uentrem etiam fontane lauachrum.
MATRICI. Valet bal.bulle:ſulfatarie:bal.Saluiane bal.giboroſi
MEMBRIS. Valet balneum aſtrunis:balneū plage:balne.arculi: balneum giboroſi.
MENSTRVIS. Valet balneum Saluiane:balneum giboroſi.
MENTI. Valet balneum colature:balneum tripergule.
MIGRANEIS. Valet balneum ſancte lucie.
MORFEE. Valet balneum petrolii.
MORBO CVICVNq. Valet balneum plage:bal.giboroſi.
NAVSEE. Valet balneum ortodonici.
NERVIS, Valet balneum ſulfatarie:balneuȝ culme ac etiam. bal neum crucis efficaciter.
OCVLIS. Valet balneum ſulfatarie.balneum bulle.balneū aſtrunis:balneum plage:balneum petre:balneū:trituli:bal.prati: palū/barie:bal.de ferris:bal.arculi:ac ſancte lucie excellenter.
ORI. Valet bal.aſtrunis:bal.colature:balneum:petrolei.
PECTORI. Valet balneum aſtrunis:bal.iuncarie:balneum foris cripte:bal.petre.bal.ſubueni hoībus ac bal.Succellarii.
PETIGINI. Valet balneum de ſcrofa.
PEDIBVS. Valet baleum tripergule:bal. ſancti georgii.
PILIS. Valet balneum giboroſi.
PLAGIS. Valet balneum cantarelli:bal. ſubueni hominib⁹ ſolis & lune fontis ep̄i:ſcrofe:balneum crucis.
PVLMONI. Valet balneum aſtrunis balneum foris cripte cola/ture ſubueni hominibus & Succellarii.
RENIBVS. Valet balneum iuncarie: balneum plage de petra pa lumbarie giboroſi & fontane.
REVMATI. ualet bal.aſtrunis:bal.arculi:bal.culme ac bal.trituli
SANGVINIS FLVXVI. Valet balneum cantarelli.
SANIOSIS. Valet balneum:Rainerii:balneum Sulfatarie.
SCABIEI. Valet ſulfataria balneum rainerii Succellarii ſcrofe.
SPATVLIS. Valet balneum de prato.

SCROFVLIS. Valet balneum de ſcrofa.
SENSIBVS. Valet balneum palumbarie.
SERPIGINI. Valet balneum Rainerii:petrolii.
SCIE. Valet balnenm ſancte Anaſtaſie bal.tripergule.
STERILITATI. Valet balneum ſulfatarie.bal.Saluiane.
SINTHOMATIBVS. Valet balneum ſancti georgii.
SOMPNO. Valet balneum arculi.
SPLENI. Valet balneum ſubueni hominibus:balneū arc⁹: bal. pugilli:bal.Succellarii:bal.bracule:ſancte crucis.
STOMACO. Valet balneū ſulfatarie:aſtrunis:iuncarie: balneū foris cripte colature ſubueni hominibus: balneum tripergule arculi petrolii ſuccellarii ac ſancti nicolay.
SVDORI. Valet balneum ſudatorii: balneū tripergule & culme
SVPERCILIIS. Valet balneum de ferris.
SVSPIRIIS. Valet balneum iuncarie.
TRITEI MATERIE. Valet balneum plage.
TORCIONI. Valet balneum ſuccellarii.
TRISTICIE. Valet balneum ſubueni hominibus:bal.petrolii
TVMIDIS. Valet balneum ſubueni hoībus:& bal.arcus.
TVSSI. Valet balneum aſtrunis foris cripte colature ſpelunce: & Succellarii.
VENERI. Valet balneum iuncarie.
VENTRI. Valet balneum ſubueni hominibus: balneū arcus pugilli:balneum crucis epiſcopi fons.
VESSICE. Valet balneum de petra ac fontane:bal.
VISCERIBVS. Valet balneum de prato.
VLCERIBVS. Valet balneum ſudatorii.
VOCI. Valet bal.aſtrunis:balneum ſubueni hominibus.
VRINE. Valet balneum ſuccellarii:bal.petre bracule: bal.palumbarie ac ſancti georgii efficatius.
VOMITVI. Valet balneum ſuccellarii.
VIGILIIS. Valet balneum arculi ſeu ſancte marie:bal.fontane.
HYDROPICIS. Valet balneum trituli:balneum pugilli:ſpelūce crucis:& nocet aqua foris gripte.
ILIACIS. Valet bal.ſudatorii:giboroſi:fons epiſcopi.
HYPOCVNDRIIS. Valet balneum crucis.

¶ FINIS TABVLE.

# Incipit opuſculum Balneorum

ciuitatis Neap̄. Puteolaneqꝫ cũ annexis. Et
primo de ſudatorio.

PVteolos a neapoli petẽs cũ mediũ uie perrexerit. Si paululũ deſtrorſuꝫ declinauerit lacũ inueniet piſcibꝰ feriſqꝫ carentẽ Sed ranis rendinibꝰ & ſerpẽtibus habũdantẽ ad cuiꝰ lacus horã: domus ſita eſt opta teſtudine in qua exiatu terre copioſus: & callidus fumꝰ emanat: hanc domũculã: ſiquis nudus intrauerit ſentiet ſtatim totũ corpus inſudorẽ reſolui: & ob hoc ſudatoriũ dicta eſt. Sudor hic chimos humoreſqꝫ euacuat: corpꝰ alleuiat languidos reſtaurat. Sanat illia: ulcera interiora deſiccat: & podagricis multũ cõfert hec eadẽ facit aqua unde cũqꝫ ſumpta: & hoc fumo calefacta in hoc loco btũs germanus capuanus Antiſtes aĩaꝫ Paſcaſii cardinalis inuenit ꝙ hyſtoriã beatus gregorius in quarto dialogorum libro proſequitur.

v ũ dr sudatorium Santi Gorni et uulgo sudatorio d' Agnano

# Sequitur de aqua bulle.

de bulla sudatoria uulgo la volla uocatur

A Sudatorio in occidẽteꝫ tendẽs poſtꝙ inter lacũ: & ſpinuꝫ montẽ trãſierit a dextris dictũ lacũ aleua uiam qua puteolos inde acceditꝰ deſerẽs obuiũ hꝫ montẽ atridũ ardenteꝫ: & cõtinue fumigãtẽ quẽ fere nõ incolũt neqꝫ aues: ad cuiꝰ mõtis radices infra terre cauernas magno cũ fragore aqua bullit. & ob hoc bulla uocatꝰ hec aqua parum ad ſupficiẽ exiẽs nõ ſine arte: & induſtria cõgregatꝰ in balneũ hec mirabiliter emũdat caput acuit lumia purgat matricẽ liberat inguẽ ſplenẽ curat: & epar eadẽ dicitur alienã aquã hinc calefactã uirtute loci efficere hic locus ob ſolitudinem animantiũ ac ſurgentis fumi nebulas ac aque feruẽtis terribilem ſonitum timorem ſoli facili incutit.

# De balneo quod Aſtrunis dr.

uulgo di li Strunj

dr astruno

VErte ad ſeptẽtrionẽ: & parũ ſtagnũ circũda occurret tibi a ſiniſtris mirabilis efficacie lauacrũ qđ a patria dr aſtrunis nomẽ accepit hic due ſunt fõtes, ſed aq̃ eadẽ reumatibꝰ: & fleu. ſp aduerſa etiã cerebrũ ꝯfortat leſis oclis ſubuenit gingiuas

ſtringit dentes roborat:fauces aptat:raucos ex reumate curat:uocem ſincerat ſi uuula que ingutere eſt ceciderit ad locũ reuocat pectus lenit:appetitũ incitat. Stomaci faſtidia & membrorum pigriciã tollit pulmonẽ a tuſſi recreat:corpus fleumaticũ ſeu a quaticũ inflãmat:omne malum fleumatis ac reumatis aufert.

## De balneo foris cripte.

Littus uocat ut retro ueniam:& a cripta exiens per radices falerni mõtis incedẽs ab horam maris: reperio balneũ quod a ſitu loci foris cripta dicitur hec aqua cũ ſit potu & operatione dulciſſima ignitos artus refrigerat de ſiccata febribus mẽbra:rigat pulmonẽ leſum iecur & pectus ſanat: debilitatẽ ſtomaci tollit:tuſſi et egre cuti medetur:nocet tamen hydropicis.

## De balneo iuncarie.

Vltra per arenam procedendo occurrit unda iuncarie:que a iuncis ibi naſcentibus nomẽ habet hec unda mentem letificat gaudia fouet:tollit ſuſpiria ultro uenientia:uenerẽ prouocat:& ad eã fortes efficit: renes cõfortat ſtomacũ prodeſt. leſis lumbibus uires iecoris reperat epar ſanat:corpus inpinguat febres erraticas annichilat:& prouidet ne cutis extenuetur.

## Sequitur de balneolo.

SI adhuc per arenã proceſſeris balneolũ inuenies:hoc nomen olim a breuitate fontis inuenit. Sed tãta eſt uirtutũ efficatia & eius preſtantia ut infirm⁹ non ſolũ aqua ibi ſed deũ ad eſſe putet. Nã caput ſtomacuʒ renes & cetera mẽbra confortat: fugat nebulã oculorũ cõſumptos & debilitatos reficit materiã quartane cõtinue:& cotidiane deſtruit : a doloribus exquocũq; morbo uel febre procedẽtibus liberat hac aqua Neapolitani plus ceteris utuntur.

## De balneo de petra.

DE petra lauachrũ ſequitur quod in fine huius littoris ſub rupe mõtis poſitũ ab'effectu conſecutum eſt nomen. Nã petram frangit urinã prouocat. Renes mũdat educit are/nulas caput a doloribus liberat detergit ab oculis maculã. Audi/tum auribus preſtat & ſonitu; remouet cordi pectoriq; medetur huius aque calidus potus interiora mundat.

## Sequitur de balneo qd calatura dr

EX alio rupis latere unda ſurgit aque: que adeſcẽſu mõtis calatura dicitur hec unda delet:a facie morfeã & alias turpes notas ab ea remouet cor letificat mẽtem roborat. Stomacũ cõfortat: pteritas crapulas digerit appetitũ incitat. Tuſſim fugat dat pulmoni quietẽ & puidet ne tiſis extuſſi parata prorſus ledat.

## Sequitur de balneo quod ſubuenit hominibus.

IN capite ſequẽtis littoris qd Puteolos uſq; protẽditur infra criptã in rupe cauatã ſaluberrima manauit aqua que obſtru/ctis:ob in curia uenis & fonte relicto ſub arena intra dictam criptã & mare perquirit:& quia egrotis hoĩbus mirabiliter ſub/uenit. Subueni homini nomẽ accepit,egeſta igitur arena locum diſpoſitũ intrans eger, ſtatim ſcaturientiũ ſtillarũ ſentit auxiliũ: fons iſte. Animi triſticiã & defectũ ſtomaci tollit ipm ↄfortat & facit ut apetat,pulmonis iecoris ſplenis & tumidi uẽtris deponit onera,uocẽ clarificat. Antique podagre induciatam dat requiẽ & oẽm ſpeciem doloris aufert. Excellẽs tamen eius operatio in re/ſtauratione debilitatorum membrorũ lucidius enitet.

## De balneo ſancte Anaſtaſie.

OBſtruit arena ſimili balneũ ſctẽ anaſtaſie:qd nomẽ qa p/pe capellã huic ſancte deditã aq̃ ſurgebat aſſumpſit facta ergo foſſa aqua recenter egrediens igniti corporis recreat

artus & eorũ uirtutes nouat tollit languidis ſinthomata uel defe ctus ſi ſurgentis aque patiatur ardorem.

## De balneo ortodonici.

VTilis: & mirabilis aqua ꝓpe puteolos in orto domini epi naſcitur: & ob hoc ortodonicum dicitur in hoc lauacro per hoſtium ad auſtralẽ plagam diſpoſitũ multos per gra dus deſcẽditur: & ideo cũ auſter flat: calor intus incluſus nec exa latus facile intrãtes ſuffocat: aqua tamẽ etiã foras portata cõſum pta febribus reſtaurat: corpora remouet nauſeã ſtomaci & illũ cõ fortat effimeras & erraticas febres tollit maxie paratas ad thiſim

## De aqua ſulphatarie.

IN ſummitate mõtis qui puteolis preeminet planicies eſt in qua ſulfur cõficit & ibi naſcens aqua ſulphatarie dicitur hec neruos mollificat acuit uiſum lachrymas & uomitũ ſtringit capitis & ſtomaci dolorem aufert: fecundat ſteriles tollit febres cũ frigore & ĩfecta ſcabie mẽbra purgat hic tñ odor grauis & lo cus undiq; fumigãs terribilis eſt cuius tñ fumus reuma & frigus capitis aufert,

## De balneo cantarelli.

NOmen cantarellus a forma balnei ſumpſit hic prim⁹ in lit tore qđ a puteolis ultra tripgulas uadit. Admirãdas ope/ rationes exequit. Antiquas eñ & nouas plagas ac fiſtulas mũdat deſiccat & ſolidat. Fluxũ reumatis prohibet clarificat lu/ mina obturat uenas fluẽtis ſanguis. ſubuenit Artetice. utilis ẽ ad febres: & frigora extrahit mirabiliter ferrũ & fragmẽta ſeu parti culas oſſium fractorũ q̃ latẽt in corpe: & arte cyrugici fungit cuȝ autẽ hec aqua tẽperata ſit pregnãtibus multũ ꝯfert: ſed nimis cõ tinuata obeſt.

## De balneo qđ fontana dicitur.

AD cantarellū latus aqua cōſurgit proprietatibus cātarelli cōtraria nouiter reperta: & ab aliis non deſcripta que cū more fontis ſemp ſcaturiat fontana dicta eſt: hec ſomnū dat. uentrē lubricat lac multiplicat infantes ſopores & placidos facit. Nauſeam ſtomaci remouet, indurata mollificat, ſup aūt alia lauacra renes purgat, educit arenulas, aperit ueſſicam: lapillos co/git exire, uulneribus & podagricis nocet, hac aqua puteolane ma/trone cum ſuis pueris ſemper utuntur.

## De balneo cicerōis qđ de prato dr.

CIceronis credit᷑ op⁹ lauachrū qđ in prato ſitū ē: & ideo de prato nomē h₃. Eūtes atripergulis auerſam poſt hoſpitale ad manū ſiniſtrā ſe iūctam ſtatim criptā inueniet et p ſup terraneū deſcēſum aquā reperiūt que multū placida lippoſis ocu lis bene cōfert eorū ulcera tergit apigris humoribus corpus alle/uiat: torturā uiſcerum remouet: mollit lacertos caput ſpatulas tra hit ad debitum & toti demum corpori ſubuenit.

## De balneo quod arcus dicitur.

IN ſiniſtra parte lacus auerni in quo alta profunditas & diuer ſorum piſcium magna eſt copia: decem ſunt balnea quorum primus ab edificii forma arcus dicit᷑ cui⁹ in reſtaurandis de/fectis & cōſumptis corpib⁹ mirabilis uirt⁹ eſt: reſtaurat mēbra cō fortat ſtomacū: & interiora oīa iuuat uētre tñ tumidis & inflatis iecoribus & ſpleneticis non confert.

## De balneo raynerij.

OPtima aqua Raynerii ſequitur que ab inuētore nomē ſu/mēs ſalſi flematis hoſtis ē ſcabiē impetiginē ſeu ſerpigi nē ſanat putridū corpus mūdat cuti₃ reſtaurat: leproſis ꝓ deſt exigit tñ ut ſanitatem cōſecutus trituli aquis utatur.

## De balneoveteri ſeu tripergule.

DIſpoſitio loci dedit de balneo ſequēti uocabulū. Nā cū tripartita ſit dom⁹ in qua ueſtes ſeu aqua uel lecti ſeruant̄ iuris uocabulo tripergola dicta eſt: plurimi eā balneū uetus uocāt eo ꝙ primū in hoc loco inuentū balneū circūponit̄ domibus nomē dedit ut ipm ſub urbiū etiā tripgula uocet̄: hec nuda accommoda omnibus aufert mentis defectū. cor exhilerat corpus alleuiat membrorū onera tollit fugat uarios dolores ſtomaci Pedum remouet grauitatem hac aqua utens accidentia mala nulla timebit/ex hoc loco ſciuerunt dn̄m ieſum xp̄m a mortuis ſurrexiſſe & ab auerno ſeu inferno tuliſſe predam unde & altius mons eminens mons xp̄i dicitur.

## De balneo ſancti Nicolay.

OMnia balnea potentes aut magis ſolliciti occupat hoc ſolum more mirificis cōfexoris pauperib⁹ ſubuenit & ideo ſancti Nicolay dicitur hec aqua ab aliis deſcripta non eſt nec ab intelligentibus ſatis experta quantum tamen conpertum habeo debiles fouet cōſumptos reſtaurat. Stomacum confortat et uires reperat.

## De balneo ſcrofe.

MIrabilis unda que ſequitur que ideo de ſcrofa dict a eſt. quia ſcrofulas ſanat:& quia in hac aqua uoluptari ſcrofa repta eſt purgat em̄ mirabiliter ſcabies & leproſis ꝓdeſt impetigines ex flemmate ſalſo ſanat ſarcinam uentris deponit. Artheticis & podagricis bene cōfert qui in hoc aut Rayneri balneo lauatur ſalſis aut leguminibus non utatur.

## De balneo ſancte Lucie.

IN proximo ſancte Lucie balneum eſt ſic dictum quia mirabiliter cōfert oculis quorum defenſionem hanc glorioſam uirginem habere dicitur dolorez capitis:& iuncturarū tollit

oculorum etiam catharactas non inueteratas et nebulas deſtruit aurib⁹ p̄ſtat auditū & remouet ſonitū hec aliq̄n cecos illuminat.

## De balneo q̄d arculus dicitur.

NOn minus laudandus arculus a forma fabrice & breuitate loci diminutiuum nomen accipiens qui feruens & calidus epar aptat animi a frigiditate: & reumate abſoluit oculos lippitudinē & optalmia liberat Stomacū roborat Sopnolentia nimiam remouet et utramq; extremitatem deducit ad medium Arculus aquibuſdā ſancte Marie dicitur.

## De balneo ſancte Crucis.

IN hoc crucis Balneo ſepe miracula cernimus: ſiquis miretur quot alienis brachiis & pedibus aductos ſeu baculis ſubſtentatos. Hoc lauachrum annis ſingulis ſine alterius adiutorio remittit ad propria: apodagra enim pro tēpore mirabiliter liberat iuncturas & neruos ſanat flemma ipſis inhibitu; expellit tumorē ſplenis & iecoris ſoluit: hydropicis exgroſſo flemate ſubuenit uentri & hypocōdriis ꝓdeſt & quia cōfert manib⁹ pedib⁹ & lateri in qb⁹ ſunt inſigna dn̄ice paſſionis ideo decruce uocatū eſt.

## De balneo Succellarij.

PRope & ſubtus horrendam cumane ſibylle domum que auerno preeminet: quaſi ex quadam cella dulcis lucida & preceteris utilis aqua labitur et ob hoc ſuccellarīū dicitur ſaporem habet brodii decocti caponis capillos prolixos & claros facit labia ſanat dentes & gingiuas mundificat turpem pannum faciei lentiginem & ſcabiem remouet pulmoni & iecori & ſpleni medetur ardorem & pondus ueſice ſoluit urinam ꝓuocat arenulas eiecit quartanā cotidianā & tepidas febres ſanat tuſſim tollit ſuper autem omnes alias aquas ſtomacum confortat & incitat appetitum ac totum corpus exhilerat.

## De balneo de ferris.

AB alia parte horrende domus & quaſi intus auernū aqua ſcaturit colorem & ſpumam habens ad inſtar ferruginis & ideo de ferris dicta eſt que dolorem capitis & ſupercilii ſuper alias aquas remouet ab oculis ſanguinem caliginem& pannū tollit et eos ſincerat auribus dat auditum & ſonum: uentumq̧ remouet tres cerebri cellulas purgat.

## De balneo palumbarie.

PAlumbarie: cripta ideo dicta eſt quia palumbi ibi nidos ferūt ſed eius aqua caput & renes ſanat aperit meatus neruis nebulas ab oculis & uentos ab auribus fugat paſſiones ſtomaci: & que ad cor tendunt expellit ac artheticis cōfert utens tamen hac aqua a ſalſis & frigidis caueat.

## De balneo Siluiane.

EVntib⁹ p mare bayas primo Siluiana occurrit quod balneum Siluia dea credita inueniſſe deſcribitur.et ab ea accepit nomē.Hec unda muliebri ſexui magis confert nam matrices ab omni humore purgat & infirmitatibus ſanat prouocat menſtrua ſi deſint & ſi ſuper effluxerint reducit ad medium ſteriles fecūdat & facit concipere.

## De balneo Trituli.

PRope eſt locus trituli in quo balneum & ſudatorium ſunt a loco ſumentia nomē et forte dicitur tritulum quod quartana ibi ſanetur Tritheos nomen grece quartana ſonat balneum preclarum atq̧ mirabile nā ad radices rupis altiſſime ampla cauata domus eſt & in ea artificis ingenio compoſite ymagines manus tenentes ad loca paſſionuꝫ quibus medetur hoc laua-

chrum:aqua autem ſemel in die & ſemel in nocte iuxta ortum & occaſum lune callida & fumigans uenit in balneum/quo repleto pars aq̄ in equore:fundit: & ps reuertit unde exiuerat/hec fugat reuma/caput ſtomacūq; confortat/omnem guttam ſanat hydro/picos/ꝓhibet febres/flematicis ꝓdeſt/& oēm balneorū uirtutē roborat & ob hoc ubi alibi qs balneat⁹:ultio aliqb⁹uicib⁹hic lauet.

## Sequitur de ſudatorio. Trituli.

RVpis hec eadē in ſummitate ſui per aſcenſum multorū graduum ſudatorium hoc eſt equidem cripta manu cauata ſtricta ad modum : ſed in longum multū protenſa odoris ſuauis & delectabilis quā ſi erectus intraueris ſtatim ſudor erūpit ſi te inflexeris refrigeraris ultra procedens ſemp dextrorſum poſt aliqualem deſcenſum inuenies aquam perſpicuam ſed calidiſſimam et uix tangibilem : quam multi putant in ſupra ſcriptum balneum latēter effluere qđ ſi ad aquā ire uolueris ad ſiniſtram recipe iter quod poſtq̄ per duos tantum paſſus intraueris incipe aliam a dextris uiam per quā procedens obuium habebis lapidem qui deruperuit : & caballus dicitur ultra hunc incedens ſuper calidū puluerem inuenies finem cripte & celtis ueſtigia reuertere nunc ad locum ubi hanc partem cripte intraſti & inuenies foueā profundam & largam & aliam criptam prope ad meridiem tendentem quam caue ne intres. Nam ſi per eam proceſſeris abſq; exceſſu caloris uel frigoris abſq; uēto uel motu aeris: flamma ſurſu3 tendēs dimittit cerā & faces ꝑ ſe extingūtur & ultra eūtes hoīes ex uertigine capitis mortui decidūt. hoc ſudatoriū hūores euacuat caput: & ſtomacū liberat areumate curat fleuma excutit corp⁹ alleuiat hydropicis & podagricis multū cōfert.

## De balneo ſancti Georgij.

OCcurrit tibi deinde georgicum balneu3 ideo dictum eſt quod ſub terris aqua queratur gros nomē grece terram ſignificat nunc a notabili ſimilitudine ſancti Georgii dicitur hec aqua murifica lapidem frangit & eicit urinam ſoluit

frontem brachia manus & articulare maluȝ ſanat crura & pedes a doloribus liberat ac prohibet podagram fieri uel creſcere.

## De balneo pugili.

TAm breuis hui⁹balnei locus eſt ut pugillus uocetur reſtringit fluxū. Ani pōdus tollit: attenuat hydropicos caput & ſplenem a doloribus liberat:a febribus cū frigoribus ſanat cōfortat debiles:& conſumpta membra reſtaurat.

## De balneo olij petrolij.

HOc lauachruȝ ideo de olio petrolio dicitur: quia licorem iſtum cū aqua exire & eadem eſſe:& uiſu:& odoratu percipit̄ ſitū eſt ꝓpe eccleſiā btē marie uirgiuis ad litt⁹maris hec ſalutaris unda eſſe dicit̄ oīe gen⁹ſerpiginis morfee& impetiginis tollit: turpes notas a facie radit:lepre uitiū ſanat: colerā & ſalſa flemata extinguit: cor exilerat: groſſa mēbra ſuctiliat & ab eis imbibitum frigus expelllit:ac art⁹ ſingulos uigori: et officio ſuo reddit.

## De balneo culme.

OB altitudinē ſuam mons qui predicte eccleſie preeminet culma uocatur:& aqua que ad pedes mōtis huius per cauatam & obliquā criptam inuenitur ab eo culma dicitur acuit multū lumina: pedū paſſionibus ſubuenit nō tamen inuetetatis exceſſum flegma aneruis remouet:hec aqua prodeſt egrotis ſed nocet ſanis & caue ne in ea diu moreris.

## De balneo Solis et Lune.

NObiliſſima aqua & admiranda:preceteris ſolis & lune ſic dicta quia ſicut ſol ſtellis ſic iſta preualet aquis. Nō eſt ad ipſam peruiū iter: ſed per ruinas antiquorū hedificiorum

deſcenditur ad antiquum balneum dirũtu3:& occupatum amari ibi efoſſa arena ſcaturit aqua groſſa pinguis & diſcolor:hec aqua ſanctiſſima omne genus gutte omnẽ ſpeciem doloris tollit ulcera plagas & fiſtulas ſi nõ ſint radicate in oſſibus:ſanat uenas fluentis ſanguis ſtringit:meſtrua ſiue minus ſiue plus fluãt reducit ad legẽ occultum in corpore ferru3 extrahit podagricis mirabiliter confert ſi fracta loca non fuerint hoc ut antiqui ſcribunt imparatorum balneum fuit.

## De balneo Giborosi.

OBmittendũ non eſt balneum giboroſi ſic dictum quia fo tis edificii ſui deſup ad girbi modũ eleuata erat:hec aqua ſaluifica ad quam per gradus deſcẽditur lapides arenulas pilos:uel humores impediẽtes urinam arenibus trahit ylia com/ponit ueſſiccam aperit nec melior ſalus renibus reperitur dolorẽ matricis remouet fluxum ſanguinis in mulieribus ſtringit: & ad iuuat membra quolibet morbo grauata.

## De balneo qđ fons epi dicitur.

TEnent antiqui quod hoc balneum epiſcopus quidam refecit & ideo fons epiſcopi dicitur uel quia aqua prelati ma/gis utũtur qui propter ciborum & quietis habundantiam plus podagrizant/confert enim mirabiliter artheticis podagricis dolorib⁹ iũcturarũ & cuilibet generi podagrarũ:ſeu ſpeciei gutte.

## De balneo de fatis.

AScenditur per aliquot paſſus ad balneum de fatis ſic dictũ quod nouiter fato repertum eſt uel propter pulchrytudi/nem operis quo teſtudo eius elaborata eſt hoc nomen acceperit aqua iſta preſpicua rohorat ſtomacũ prouocat appetitum nauſeam remouet podagricis multũ confert pre omnibus aute3 aquis extrahit ferrũ abſcõſu3 in corpore & oĩa mẽbra exhilarat.

## De balneo qd bracula dicitur.

REcipit nomen bracula ab humilitate ſeu de preſſione & .rotunditate loci hec preſtantiſſima aqua groſſas fauces ſubtiliat raucam uocez ſincerat dolorem capitis ſiue anterius ſiue poſterius remouet caliginē oculorū tollit ſpleni & iecori medetur quartanam tertianam:& interpollatas febres interimit & earum cauſas delet.

## De balneo qd ſpelunca dicitur.

IN iſtis termis ultimum locū ſpelunca ſemper tenuit ex re nomen habens quia in ſpelunca lauacrum eſt reuma: & tuſſim ſanat hydropiſim fugat accidētia cuiuſcūq gutte remouet: & cōfortat cerebrū ponit galienus q ſiquis qnq dragmas huius calētis aq dieb9 ſingulis bibet ea que ſunt ſupra & ſubtus diafragma curaret.

## De balneo feniculi.

VLtimo tangenda eſt aqua feniculi ſic dicta qd inter mortuū mare & miſenū montē iter huius multas generis herbas ſcaturiat uel quia finos & acutos oculos redit hic fōs nonduz formā balnei accepit nec ,ppter diſtantiā loci ſatis expta eſt. Sed hoc cōpertū habemus q lipposos oculos abſtergit eorū ulcera ſanat maculas delet & ſuper omnes alias aquas uiſuz acuit & declarat.

## De mirabili piſcina τ cripta dragonaria:& alia edificia bayarum ponuntur.

SVrgūt preterea p'totū ſynū q a falerno ſeu poſtripo monte uſq miſenū interiacet: multe alie calentes aq quarū uirtutes & noia penuria uel magis in curia hominū obliuio poſſidet fuiſſe tamen eas efficatie magne antiquorum lauacrorum forma & ruina demonſtrat.Stant enim adhuc apud bayas mirificorum

operum quedā preclare reliquie quas uetuſtas abolere nō potuit ſicut eſt illud maris mortui ubi iuſſu octauiani auguſti terra per magna ſpacia profunde effoſſa & per inciſas radices miſeni mō/tis introductū mare ſtationē claſſibus tutam dedit. Stat & prope hoc mare terribilis & mire magnitudinis cripta q̄ totū miſenuꝫ mōtem cauare uidetur & propter ſinnuoſitates & uarios reflexus ſuos dragonaria dicit hec ſtillantes deſuper iugiter aquas recipit & cōſeruat eſt ēt mirabilis piſcina ueronis quadraginta octo py/lis que currētes a ſarno flumine quadragintaquinqꝫ milibus paſ/ſuū diſtanti per fiſtulas & duct⁹ recipiebat ſtat & inſignis bayarū portus nauib⁹ omni uento ſecurus cernunt etiā adhuc pyle & fra gmenta confracti ex diſgecti pontis illius magnifici quo gayus calligola Romanorū tertius imperator per tria miliaria profun/diſſima maris puteolos bayaſqꝫ coniunxit uident etiā in alio ma ri ſiue illud exercuerit ſiue terra ſubſederit. Antiqui edificiorum muri & uie ſtrates felicib⁹ & tot⁹ bayarum aſpectus dulcis & pla cidus & ſuauis eſt & nō ſine cauſa ab illuſtri poeta dictum creda/tur. Nullus in orbe ſynus bayis prelucet amenis. Sed hec melius uiſus q̄ ſcriptura diſcutit. Nūc ſuper eſt ut aliquas tibi notulas tra dam per quas balneandi modum & regulam aſſequeris.

## Pauce notule ad doctrinam balneandi.

QVia balnea acuūt & prouocant humores nunq̄ ad bal/nea uenias niſi purgatus cum ad balnea ueneris dimit/te turbationes & curas animi operantur enim per ala/critatē balnea ſicut artifex per inſtrumentum non intres balneū niſi digeſtione perfecta: nō comedas nec bibas in aquis nec poſt niſi refrigeratus ne attrahatur indigeſtum & fiat oppilatio come de in balneis bonos cibos & infirmitati tue conceſſos ne dū ma los humores euacuas peiores generes dum in balneis es a frigo/ribus & uentis caue uino utere bene linphato ut ſitim extinguas. Semel tantum balnearis in die ne multa euacuatio te debilitet: tantū intres aquas qd coperiat humeros niſi uuln⁹ aut plaga ꝓhi

beat in aquis cãtarelli ac ſolis:& lune in merge plagas tantũ mo-reris in aquis quantũ incipias ſudare in fronte uel quantũ ſine faſtidio ſtare delectet. Egrediẽs aquas ſtatim circũda te linteamine & cõpone in lecto prius parato & bene copias:ſuſtine:in lecto ſudorem & ſomnũ ſi uenit cũ ſudaueris paulatim & ꝑ interpoſitas morulas depone coperimenta & abſterge ſudorẽ beneueſtitus reuertaris domũ:& iterũ quieſce. Sed non iterũ ſudes non delecteris in mutatione balneorũ unum ex multis elige quo utaris. Dirige curſum balnei tui ut aqua ſemper in mare defluat alioquin regulariter erit frigida cuꝫ balneandus es eice ſi potes totã aquam de balneo ut noua & recenter ſurgente utaris: balnea ſicut alia remedia operãtur cuꝫ tempore & ideo ſi non ſtatim curaberis nõ deſperes ſed potius proſequaris balneorum iuuamenta proceſſu temporis maris ſenties.

# De galieno medico.

GAlienus medicus uenit ut uideret hec balnea uidit & miratus eſt. Sed paucis uerbis aquã ſpelunce tangens aliquarum aquarũ uirtutes in ſuis operibus non expreſſit. Poſtq̃ oribaſius antiqus phiſicus eorum balneorũ que nunc in uſu erãt nomina & efficatias in decimo operis ſui libri in ſeruit quem ſecutus Alchadinus poeta ſiculus & facũdus triginta balnea elegãtibus uerſibus adornauit ſic cuilibet balneo duodecim uerſibus diſtributis ut & ipſo uerſuum numero ſanitatum uniuerſitas& integritas ſignaretur. Metra uero que ſunt de ſulphataria cum iſtis ſtilum aut conueniẽtiam non habent quia eius non ſunt lauacra auteꝫ ortodonici de ſcrofa ſancte lucie:& ſancte crucis poſt iſtos reperta quidam uerſibus non ſtantibus & male cõpoſitis de ſcripſit in hac autem proſa quedam uirtutes quas poſtea experiẽtia docuit ac de quatuor alia balnea & ſudatorium trituli nouiter reperta adita ſunt quas excollatione reperies & cetera. Scire auteꝫ uolumus quo ad prenocatum indiceꝫ quod ſiquid non occurrit in preſenti opuſculo requirẽdũ eſt in opuſculo metrico: hac eñ ſingulari diligẽtia a nobis lucubrat⁹ eſt ut utriqꝫ operi hoc miro ordine deſeruiat.

# Rubꝛice balneoꝛum Neap̄. ac puteolorum.

¶ De ſudatorio.
¶ De aqua bulle.
¶ De balneo qđ aſtrunia dicit
¶ De balneo foris cripte
¶ De balneo iuncarie
¶ De balneolo.
¶ De balneo de petra.
¶ De balneo qđ calatura dicit.
¶ De bal. quod ſubuenit hoīb⁹.
¶ De balneo ſancte anaſtaſie.
¶ De balneo orthodonici.
¶ De aqua ſulphatarie.
¶ De balneo cantarelli.
¶ De balneo qđ fontana dicit.
De bal. ciceronis qđ de prato dr̄.
¶ De balneo qđ arcus dicitur.
¶ De balneo raynerii.
¶ De balneo ueteri.
¶ De balneo ſancti nicolay.
¶ De balneo de ſcrofa.
¶ De balneo ſancte lucie.
¶ De balneo qđ arculus dicit.
¶ De balneo ſancte crucis.
¶ De balneo ſuccellarii.
¶ De balneo de ferris.
¶ De balneo palumbarie.
¶ De balneo ſiluiane.
¶ De balneo trituli.
¶ De ſudatorio trituli.
¶ De balneo ſancti georgii
¶ De balneo pugilli.
¶ De balneo olei petrolei.
¶ De balneo culme.
¶ De balneo ſolis & lune.
¶ De balneo giboroſi.
¶ De balneo fontis epiſcopi.
¶ De balneo de fatis.
¶ De balneo qđ bracula dicit
¶ De balneo qđ ſpelūca dicit
¶ De balneo feniculi.
¶ Nō nulla mirabilia baiaruꝫ.
¶ De piſſina mirabili.
¶ De gripta tragonaria & aliis edificiis baiarum.
¶ Notule pauce pro doctrina balneandi.
¶ De galieno medico.

FINIS.

## De balneis enarie inſule einſdēqꝫ mirabili incendio.

¶ Inſula hyſcle enaria dicta que uoluit circum circa per ſpacium
decem & octo miliarū iuxta putheolos p decem miliaria quāplu
rimis gloriat termis ſurgunt em̄ in ipſa multe calentes aq̄ natura
ac etiā frigide de ouib⁹ in breui reaſſumem⁹ nomia & uirtutes put
ab antiquis expertis ac ſcriptis uetuſtaqꝫ experiētia habuimus: pri

mo igitur dicemus de furnello balneo.

## De balneo furnelli.

¶ Primo dicamus de furnelli balneo eſt enim aqua ualde mira bilis diſtans a ciuitate inſulana ꝑ unũ miliare iuxta locũ ſancti pe tri ad pantanellũ: tale mirandum lauachrum teſtantur ualere ad quartanã nõ ueram: ad cotidianam & quartanam ueram ad ſplenem & hydropem ac dolorẽ capitis: rumpit lapidẽ: & educit arenam: aperit ueſſicã: podagricis iuuat: & ſtomaci dicitur ſedare faſtidium dicitur autem furnellus eo qđ aqua exit ab uno loco admodum furni.

## De balneo fontis.

¶ Licet dictũ ſit de balneo furnelli. Dicamus de alio egregio lauacro quod fontana dicitur: iuxta predictũ balneū in quo unus iactus lapidis foris eſt ex uno latere dicti lauacri multa enĩ aqua ĩbidem habundat: & eſt ualde iuuatiuum: ſanat omnes plagas: & mirabiliter extrahit ferrũ: iuuat epati pulmoni: & ſanat ſcabiem: facit capillos proliſſos: & pulcros: reſtaurat conſumptos: & ſatis iuuat epati: ac pulmoni fragmentaq; oſſiū: & oſſa efficaciter extrahit.

## De balneo caſtilionis.

¶ Ideo hoc lauachrũ tale nomen aſſumpſit: eo ꝙ iuxta ipm fuit quoddã caſtrum in quo adhuc menia apparẽt quod ſtat iuxta littus maris aqua calida eſt & ualde mirãda: remouet oẽm ſtomaci debilitatem faciendo bene digerere cibũ. Confert morfee: iuuat leproſis: cõfortat cor remouẽdo ab illo oẽm tremorẽ: reſtaurat uiſum ſanat plagas: incitat appetitũ: & ut dicunt ipſam aquam bibendo facit multum aſſellare.

## De balneo ſcrofe.

¶ Ad mirãda eſt unda lauacri ſpelunce iuxta maris littus prope caſam comã. Aqua ualde dulcis & clara fortiter ſcaturiẽs: & tam calida ut nõ poſſis in ipſa lauari abſq; ingenio ipſam uidelicet in lauello mittẽdo: & dimitte illam refrigerari donec poſſis in illaȝ balneari: ualet ad podagras: iuuat artheticis: ad dolorẽ hyliorum & ancharũ ac manuũ. Et uniuerſaliter ad guttam & thuſſim: & ut aſſerũt experti: q biberit hanc aquã facit mirabiliter purgare.

## De balneo gurgitelli.

¶ Nunc dicamus de illo precioſiſſimo lauacro uulgarite dicto gurgitello & de ſuis circunſtantiis: ut enim cõmuniter fertur: iuuat ſteriles. cõſumptos reſtaurat: confortat ſtomacũ. Educit lapidem: iuuat epati: ſanat ſcabiem: incitat appetitũ. Et ut aſſerũt incole hoc mirabile fecit: q extraxit ferrũ unũ a quodaȝ qui fuerat in pectore uulneratus per annum.

## De circunſtantijs ſuis.

¶ Item exeũte una ex ianuis poſite in occidenter eſt unus fons calidiſſimus cuius aqua dicit cõfortare & corroborare ſtomacũ.
¶ Item extra ab oriẽte per ſpaciuȝ unius iactus lapidis eſt quidã fons cuius aqua iuuatiua eſt omni dolori dentium.
¶ Item ab occidente paruȝ diſtans Alius ſtaturit fons feruentis aque ex qua matrone cũ cinere faciũt colatam ſine igne: & indicta aqua oua dicũtur coquere: & caſtaneas. Et eſt multũ iuuatiua capiti: & oculis: ructuriſq; eorum & aliis paſſionibus.
¶ Item adhuc in occidente per ſpaciũ ictus unius baliſte ubi uocatur ſinagalla eſt aqua que iuuat iunctũris. Et uniuerſaliter cuilibet dolori manuũ pedũ: & ancharum & omniũ aliorum mẽbrorum. Et aqua dicti lauacri eſt clara: dulcis: ſplẽdida: atq; trãſparẽs

## De ſudatorio del cocto.

¶ Non dimittamus illud ſudatoriũ caſe niczule dictũ del cocto

in uentū per uetulam in ſua poſſeſſione q̄ ipſam ſanauit de fra/ctione in ſuis tibiis:& multum iuuat arthericis & neruis ualēs ad inflationem uentris & ſplenem.

# De bal. dicto vulgariter meza via.

Balneum de meza uia dictū: iuxta prefatum lauacrū uocatur de lignis: & mollificat neruos: ſanat ſcabiem in omni membro: dicit̄ cōferre impregnationi ualet dolori capitis & ſtomaci: ſtringit lachrymas: reſtaurat uiſum prodeſt uomitui: diſſoluit flemma tollit rigorem homini purgato.

# De balneo citare.

Hoc balneum a prefato parū diſtans: ualet ſpaſmo: freneſi: thenaſmoni: ualet etiā mulieribus ſterilibus ad cōcipiendum omniq; dolori capitis: ualet frigori: & maxime quartane. Et ut referūt hominibus facit habundare ſperma: mulieribus uero lac.

# De balneo vlmitelle.

Balneū doyani modo dictū de ulmitella eſt aqua dulciſſima calida: & clara: ualet gutte frigide: ſtricture cāne: & rugitui ſtomaci atq; thenaſmoni uitio lapidis: & dolori hyliorum lippitudini oculorū: malitie hanelitus: ſpleneticis ex uitio quartane: leproſis pulſure cordis: omniq; uitio flēmatis & pulmonis.

# De balneo ſuccellarij.

Hoc balneū de ſuccellario uere dicit̄ cellariū balneorū: cuius aqua eſt dulciſſima & clara multū: ualet omni uitio ueſſice: & thenaſmoni: ardoreſq;: ac ſtricturas diſſoluit: egritudieſq; tertianarū interpollatarū: & cotidianarū uenietes ex cauſis frigidis reſoluit & corpus facit gaudioſuʒ: ſcabiē abſtergit; capillos facit claros: &

longos: & paruos urgentes facies mulierum ex ſanguine ſcilicet melancolico diſſoluit & abſtergit.

## De balneo plage romane.

¶ Hoc balneũ quod eſt in plaga romana prope ciuitatẽ hyſcle: eſt aqua clara ac ferruginoſa ualẽs ad flemma ſalſum: & ſanguinem ac pruritũ oculorum tollit: lachrymas ſtringit: & oculos reſtaurat: purgat colerã ualet debilitati cordis ac ſtricture pectoris: & canne pulmonis. Cõfert tuſſi capillos cadẽtes a capite refirmat Et ructuras pruritũq; thibiarũ ac aliorũ mẽbrorũ mirabilr̃ ſanat.

## De balneo nitroſo.

¶ Hoc lauachrũ nitroſum dictũ in eadem exiſtens plaga eſt aq̃ calidiſſima ualẽs ſcabiei & pruritui ex flẽmate: & colera nigra ſeu melancolia: ac doloribus renũ & matricis: conſtipatos iuuat: atq; cõſumptos thuſſiq; & reumati: & omni uitio pectoris.

## De balneis Saxi.

¶ Balnea ſaxoruз duo ſunt: quorũ unũ eſt inter ſaxa: ualens ad omnẽ guttã frigidã: & aliud prope litus maris ualens ad omneз guttam calidam.

¶ Finis balneorum Enarie.

## Sequitur de incendio eiuſdem.

¶ De eiuſdem Enarie deſtructione ad preſens dicendũ uidetur. Nam olim in anno a natiuitate dñi. M.ccc. primo regnãte in hoc regno ſicilie rege carolo ſecũdo in dicta inſula hyſcle uicina procide proceſſit ex uenis terre ignis ſulfureus qui magnã ipſius inſule partẽ cõſumpſit quaſi uſq; ad ciuitatẽ hyſcle que tũc gerunda nominabatur ex quo igne multi hoĩes & aĩalia cõſumpti fuerũt

et ex ea peſte perierunt que duobus fere mēſibus perdurauit mul
tiq; ex eiſdem ut hanc peſtē effugerēt inſula ipſa derelicta aliqui
ad uicinā inſulam ꝓcederūt alii ad inſulā capream alii baias pu
teolum & neapoli confugerūt cuius ignis uſq; in hodiernū diem
ueſtigia remanēt nec in eodem loco herba aliqua uel quodcūq;
aliud uirēs naſcitur nec locus alicui rei cōmodus exiſtit. Sed aſp
& incultus durans quaſi per duo miliaria in longitudine & p me
dium miliare in latitudine & uulgo dicitur le cremate.

## Rubrice balneorum Anexorum
ut inſule hyſcle que enaria dicta eſt.


¶ De balneo furnelli.
¶ De balneo fontis.
¶ De balneo caſtilionis.
¶ De balneo ſcrofe.
¶ De balneo gurgitelli.
De bal. dicto uulgariter meza uia
¶ De balneo citare.
¶ De lauacro ulmitelle.
¶ De balneo ſuccellarii.
¶ De balneo plage romane.
¶ De circūſtātiis eiuſdē ꝑcioſiſſimi lauacri. ¶ De bal. nitroſo.
¶ De ſudatorio del cocto. ¶ De balneis ſaxi.
¶ De incendio mirabili eiuſdem inſule.


¶ Hec igitur ſunt Illuſtriſſime princeps. Que de noībus ac uir/
tutibus termarū enarie inſule colligere potuimus & prenomina/
tis balneis a nobis anexa ſunt puteolano enim inſinu exiſtēs etſi
diuerſa apud illu. ſorciat̄ noīa quia pādataria ꝓcita enaria ab ho
mero i arime dicta a grecis pictaguſa nō aſimiarū multitudīe ut
aliqui ſenſiūt. Sed ueri⁹ afiglinis doliorū hodie uero hyſclā aſſe/
rūt ex robore monumētoq; loci oēs tñ eam fructuū diuerſorū fe
racē electiſſimiq; frumēti ac uini egregii ſulfuris alūnis auriq; fe
raciſſimā ut excellentes pſpicaſſiſſimiq; ueneti olim expti fuere
plurib⁹ em̄ ameniſſimis uillis ornat̄ & nobili ciuitate antiſtiteq;
ſctitate nō min⁹ q̄ doctrina decorato arceq; munitiſſima optimo
rū aragonū regū cōſilio hodie uero illuſtriſſime cōſt ātie de dau
los meritiſſime franca uille duciſſe adeo ſapiētiſſime ut īter illu.
uiragīes alterā amalteā diuinorū inſpectatricē oēs uno ore fateā
tur inſpectis ei⁹ preclariſſimis uirtutib⁹ ſtudiis eloquentia ac ſancti
monia quibus fere toto orbe extat celeberrima.

# Concluſio opuſculi.

CVnctis pateat legētib⁹ cōi fere ſapientū ſentētia p̄ns opu-
ſculū ſecūdū magnā partē elicitū eductūq; eſſe ex decimo
oribaſij uetuſtiſſimi greci medici nec extimādū arbitror
hmōi mirādas uirtutes ſatis hic eē poſitas cū in hiis diuis termis
tot tāteq; iuolute ſūt ꝓprietates & tā oculte q̄ manifeſte ut nemo
q̄tūcunq; ſciētificus ſiue expt⁹eas ualeat explicare ut ex uarietate
& cōpoſitione iſtorū ſimpliciū exquib⁹ theſauri hmōi calētiū aq̄
rū ſorciunt̄ originē cōſiderari pōt cū nihil ſit in natura qđ nō ſa
piat ꝓprietatē ſue originis phōrū more:orta enim ſuis ateſtantur
principiis ut uniuerſi p̄bici ꝓclamāt tm̄ illas q̄ aſſidua experientia
a multis etiā exptiſſimis habuim⁹ in unū ſic fructuoſe collegim⁹
no tāgētes myſterii maieſtatē in medulla ut in nr̄a pfecim⁹ mar
garita termarū ſ; tm̄ incortice egi diligenter ut potui nō ſufficiē
ter ut uolui ꝓpter eīm̄ cōtinue occurrētia medicine negocia ac in
euitabiles rerū familiariu; neceſſitates animū obtūdētes uacare
nō potui īmo uix ualui meditata ac expta dictare ne dū cōcipere
meditāda cuiuſcūq; ei anim⁹ad plura diuiſus fit pfecto ad ſingl'a
minor quare nō ſolū benignū imploro lectorē uerū etiā liberu;
deſidero correptorē ī hiis igit̄ oīb⁹ac ſequētib⁹remitto me ſacro
apollineoq; medicorū collegio florētiſſime ciuitatis Neap̄.mee
patrie:excellētiq; archigenorū comiti toti⁹ regni ſicilie & ſi fere
triginta annis iſti⁹ chori fuerim alūnus negare nequeo quin plu-
ra inſerta ſint in hoc opuſculo que poſſunt iuſto iudicio nulla te
meritare culpari.Siq̄d igit̄ ſalubre aut laude dignum ī eo repiet̄.
ſupremo ſalutis autori aſſcribat̄. ſiqd uero inſufficiēter ad ualitu
dinē acceſſerit indignūq;:in obſeruātie regiminis aut inſufficien
tie deputet̄ eliſiane deprimit eīm̄ animū multorū diuerſio & cogi
tatio aut ſiq̄dē ꝓpria aut eorū fortaſſis quorū dicta plerūq; poti⁹
recitando q̄ a probādo hic introducta noſcunt̄ hoc tam ex diuer
ſis aliorū libellis more mellificātis apis q̄ ex hiis q̄ mihi in mētē
experientiaq; uenerūt ſtudioſe collegi ad cōem omniū ſalutē ut
tā hypocratis q̄ ſocratis auxilia querētib⁹impēdant̄ illius ſuffult⁹
auxilio qui eterno euo cuilibet ualitudini occurrit.

❡ Finis deo gratias.

# Libellus Arabicus in malos medicos.

Theſaurus Uite Principum Dñoꝝ atq̃ Nobilium.

¶ IOANNES ELISIVS NEAPOLITANVS phiſicus franciſco Piccolhominio Aragonio biſiniani Epiſcopo ac reuerendiſſimi. d. n. pp̄. litterarum contradictarum Auditori. s. p. d.

OLim a federico Rege miſſus in Aloyſii Aragoni cardinalis clientela granate quū uiuerē. Alfonſi boni hoīs arabi contra malos medicos inſcriptū libellū accepimus cuius cū eximiā eruditionē tum cōmunē omniū noui utilitatem. Qui nuper loquebatur arabice: eūdē Romano uti ſermone mea opera atq; labore & uolui & feci qm̄ hominū uite periculoſius accidere nihil poſſe arbitror q̄ indocto maloq; curari a medico ut ē tutiſſimu; ſi peritus ac probus nobis medeatur. Plures em̄ noſtra inueniūtur tempeſtate qui ſuā inſciētiam principum quādoq; tumentes aura contegi authoritatis nomine credidere atq; facilius indoctam ut illudāt plebem aliorum nō modo aſpernātur argumenta medelaſq; deducūt uerum etiā peritos: & expertos in ſciti ipſi medicos cōuitiis proſecūtur: & quod litteris conſequi minime ualuere petulanti quadam audacia loquitādo doctiores uideri uolūt. Que res omnibus nō parua maximaq; optimatibus poteſt eſſe pernities: nam cuiq; ſe medico aſſerenti uite deſiderio illico quiſq; credimꝰ. Itaq; noſtri ſecli preſes meritiſſime Ceſareo: ac pontificio iure cōſultiſſime opuſculū hoc edere decernēs quāuis codicē inuaria diſcretum uolumina Biſiniano principi Traiano alteri dedicauerim tamen te eodem cum principe non ſolum iunctu; neceſſitudine ſed maxima omni ſanſeuerinie familie deuinctū amicitia proprium in malos medicos libelli uindice; nūcupo. Adde ꝙ dignus es quem mearum uigiliarum participe; habeam: harum inquā quas ſub Aragonū Regum a quibus materno oriris genere: & qui de me ſunt optime meriti peregi patrocinio: habes deniq; conſilii rationem uotiq; mei uotum. Accipias queſo blando quo ſemper uiuis uultu Elyſii munuſculum quod tue aliquādo ſalubritati auxiliari poterit multa etiam in eo inuenies que te oblectent plurimū que te legiſſe nō penituerit perpetuu; preterea amoris mei ſeruiciiq; erga piccolhominiā domum a puero (ut aiunt) ſuperuixerit teſtimonium uale.

# Prefatio opuſculi arabici in malos medicos.

QVantumcũq; dilegens : & attentus uiuat homo omnẽ cautelã & curam adhibens ut nihil penitꝰ omittat de contingẽtibus circa cuſtodiam & regimen pro cõſer/uanda corporis ſui ſalute:fruſtra tamẽ laborat:nã accidentia quedam oneroſa ſepe & grauia humano corpori eueniãt:neceſſe eſt: quibus obuiare:& oĩa preuidere difficillimũ exiſtimatur exquo/rum multis exempli gratia pauca ſubiũgam : uenter aliquando ex inſperato in homine mollior eſt ſolito :/aliqñ durior & acrior & ſtipticus.Interdum homo etiam ſobrius digeſtionem inueniet more ſolito non fuiſſe perfectam:ſed quãdoq; potius penitus impeditam nonnunq̃ etiam capitis dolorem uno die aliquantiſper patietur:& poſtridie uel eodem quãdoq; die ceſſabit idem dolor & ad aliam corporis partẽ aliquãtulus tranſibit:que accidentia & alia quãdoq; plura humanum corpus ſepiſſime conficiunt & fatigant:contra que ſummũ & ſalubre remedium eſt optimũq; con/ſilium:non feſtinãter ad medicamẽta concurrere:hoc enim pro/hibent illi qui in medicinę ſcientia principatum inter alios obtinuere cuȝ precipue ad tales paſſiones excludendas natura ipſa ſit ſufficiens medicatrix neq; alio extrinſecus medicamine indigeat hec ideo cura illi eſt relinquẽda nec aliud corpori fomentũ ſiue interius ſiue exterius eſt applicãdum in tali nãq; diſcraſia ſola ſa/norum regiminis obſeruãtia ualet:nã ſi cõtra talia accidentia ad ſubitanea medicine remedia confugias: in alterum iſtorum inci/des incõuenientium aut enim in propria remedia apponendo : q̃ parua fortaſſe fuerat egritudinem augebis:unde quod erat malũ exiguum in maius excreſcit uel ſi etiã propria & cõuenientia re/media miniſtraueris que egritudineȝ tuam curare poſſint in ma/ius malum incurres:quia naturam ipſam extra ſuum curſum uiolenter induces que exfrequenti talium medicaminũ conſuetudi/ne pigra efficietur & in taleȝ incidet neceſſitatẽ: quod perſe nihil deinceps purgabit nihil expellet nihil deniq; ſine aſſuetis medicinaruȝ adiumentis curabit ut exẽpli gratia ſi non mutato cõſueto regimine fluxũ uentris patiaris qui non multũ moleſtat neq; de/

bilitat. Sed cōmuniter duobus aut tribus diebus pdurat: cui ſi ēt conuenientia medicamētorum remedia adhibueris fluxus: abſq3 dubio reſtregetur: & non ſolum reſtregetur. Sed etiam indurabitur natura atq3 in meatibus interius uiſcoſitates contraet. Quibus conſueuerat expurgari & reddetur acurſu ſolito retardata: & tunc ſi leue clyſtere uel aliquod cōueniens lenitiuum apposueris mollietur ipſa natura. Sed ſi hoc ſecundo facias acutius clyſtere q̄ prius requiret: & ſic proſequendo in expellendis ſuperfluis: pigrior efficietur: & tunc acutioribus ſemper remediis illā adiuuare oporrebit. Sed acuta non ſolum ſuperflua expellunt. Verum etiam de neceſſariis multa uiolenter trahunt. Vnde talis euacuatio: eſt uirtutis naturalis debilitatio. Quod ſi nature ipſi talis cure prouinciam reliqueris: ipſamet ſe curabit ipſa ſe rectificabit ipſamet adſolitum & naturalem curſum ſuū reuertetur. Quare rationabiliter prohibetur. Quod medicinalibus non aſſueſcas pro accidētibus que poſſunt ſine periculo tollerari: ſicut enim inſperato eueniunt ita natura ſagax ſua induſtria illa expellit multo melius & salubrius q̄ opere medicine bono ac ſolito tantum regimine mediāte: moderata quoq3 ſi neceſſaria fuerit adhibita temperatiōe. Hec igitur eſt regula generalis in omni paſſione & diſcraſia moderāda ubi nullum imminet periculum euidenter: cuius cōtrarium facientes multiplici uidemus debilitati oneroſis etiam paſſionibus ſubiacere ac diuturnis egritudinum generibus obſideri. Quales ſunt febres quedam & alia que preſentaneum periculum inducūt & ipſum hominem grauando corrumpunt. Eſt quoq3 omnium ſapientum medicorum ſanum conſilium quod tutius eſt egrotantem: cū moderato regimine ſe nature credere q̄ medico cui quā exponere. Ego autē apertiſſime declarabo quod aliquod reperitur moderamen ſeu regimen egrotanti conueniens: quo uti poterit ubi non datur medicus ſufficiens cui confidens uitam ſuā credere debeat cum periculo aut illam perdendi aut ledendi grauiſſime: quod de facili contingere ſolet ut in erroribus inferius patebit: nunc de uno quoq3 predictorum particulariter eſt dicendum.

## Natura operatrix capud primum.

GAlenus excellentiſſimus medicorum Princeps grecorum
conſuetudinem approbat:qui egrotantibus ſuis nullas pe
nitus medicinales curas adhibere ſolebant:ſed ſubmodi/
co quodam regimine circa egritudinis expulſionem ſinebant na/
turam ipſam operari:huic ſententie adſtipulatur : hyppocrates in
multis librorum ſuorum capitibus:& maxime ubi de nature lau/
dibus loquitur dicens natura eſt ingenioſa ualde & pulcherrime
operatur omniaq; facit que illi expediũt : neq; indiget niſi ſe ipſa
ad morbum expellendum & ad ſalutem inducendā.Medicus ue/
ro nature beneficio indiget.Ideo illam ſequi debet:ac per eius ui
as ſe dirigere.Raſis uero ſit ait quando egritudo in corpore pre/
ualet & natura ſuccumbit non pręſumat medicus neq; tentet. ſic
ęgrotantem curare:quia nihil proficiet:ſicut in morbis in repara/
bilibus contingere ſolet.Si uero in ægrotante fortis fuerit uirtus
ad reſiſtendum morbo atq; ad illius expulſionem:non eſt neceſſa
rius medicus/quia eu; natura ipſa curabit quod ſi natura & mor
bus ſunt æquales:tunc neceſſarius medicus eſt adminiſtrandum
naturę auxilium & iuuamen:ſed in hoc caſu maxime aduertendũ
eſt quod medicus/qui adiuuandum naturam introducendus eſt:
adeo ſit in medicinę ſcientia perfectus circumſpectus & expertus
quod indubitanter diſcernere ſciat & cognoſcat.Quibus auxiliis
cum morbo pugnantem naturam iuuare poſſit/illaq; prudenter
& caute ſciat uel admonere quę prodeſſe uel ſubtrahere que obeſ
ſe poſſunt:ſed in hoc peccant omnes fere medici:nam ubi credũt
ęgrotantis naturam iuuare/aliquod miniſtrando uel ſubtrahēdo
ipſam deſtruunt:uel ſupplantant:aut ſaltem impediunt uel retar/
dant:que ſi non impediretur medicorum inſcitia citiſſime ad ſa/
lutem produceretur.Quapropter Ariſtotiles & pleriq; medici cō
corditer dicunt quod plures ſunt/qui medicorum opera moriū
tur q̄ qui per eos mortem euadant eſt enim magnus medicorum
numerus.Sed ex eis pauciſſimi ſunt pfecti:hac de cauſa.hęc apud
reges & principes inoleuit cōſuetudo ut in aula ſua ꝑ uitę & ſalu
tis ſuę cōſeruatione multos medicos habeāt ut inter ſe cōferētes
ex multiplici ſētētiaꝶ ſuaꝶ diſcrimine:ſine errore in eoꝶ cura eli
gāt:quę debeant in medicādo talibus ſubtrahere uel miniſtrare.
¶ Hec oīa dicta ſunt ad oſtendendum quod ubi medicus non
inuenitur uel inuentus nō eſt ſufficiens & probatus cui ſine peri/

culo uitā ſuā tradeꝛ poſſit. In hoc caſu ſecurius eſt: ęgrotāti ſalutē ſuā ipſi naturę mādare ſine alicuius exterioris opera medicantis.

## Egroti cura ſimplex caput ſecundū.

QVo aūt modo ęgrotus ſine medico naturę credi debeat taliter inſtituatur quū primū morbus. Hominē inuaſerit/ nulla prius medicamenta ſuſcipiat/ niſi forte illas quas cōſueuit in ſalubritate recipere: ex quibus expertus eſt nullū grauamen naturę cōtingere. Item ęgrotans ex toto cibum nō dimictat: ſed potius bibat quando ſitit: & hora ſimiliter conſueta comedat ſi exurit/ niſi eadem hora eſſet fortior paroſyxmus. Comedere aūt & bibere nō incolumium cibos uel potus intelligo: ſed illa tantū cibaria & potitiones/ quę ſolent cumuniter ęgrotantibus preparare.

## Egroti cibus caput tertium.

POteſt autem ęgrotus panem cum herbis decoctis comedere: quę herbe certe ſiut ſanę & bonę: quaruꝫ cibus apud medicos Iota nūcupatur polentam quoqꝫ ex auena uel ordeo: & ſimiles ęgrotantium cibos poterit haurire.

## Egroti potus caput quartum.

EGrotantis autē potus erit aqua cū ſacharo: uel aqua mellis: quę dicitur medon uel aqua quyxqꝫ qua non utuntur latini aut aqua in qua panis medulla fuerit infuſa uel ſimilia. Pōt et ęgrotus aquas bibere cū aliquibus leuibus medicinalibus bullitas. ſicut eſt requilitium aſparagoꝝ & apii radices cucumeꝝ ſilueſtriū ſemina portulace cucurbitatū piponū lini arcani endiuię & ſimilium quia cum quocunqꝫ iſtorum aqua bullita ualet ſecundum diuerſas ęgrotantium qualitates & appetitus.

## Egrotantiū ꝯfectiones caput. v.

POteſt etiam egrotans ipſe ſumere confectiones: que fiunt ex diuerſis fructibus: & florum ſeminibus per artem pigmẽtariam ratificatorum: que ad uſum etiam incolumium ho/minum ſine aliqua alteratione maxime ſunt accomodate. Item recipere poteſt egrotus quoſdam ſyrupos: quibus etiam incolu/mes uti ſolent: & ſunt ad uſum comunes: ſicut ſyrupus roſarũ: & uiolarũ & ſimilium. Similiter capere poteſt mel artificioſum ex fructibus factum uel electuarium de roſis ſeu uiolis cum ſacharo factum: quod ſacharum roſatum uel uiolatum appellatur. Po/teſt preterea egrotans tamerindos per artem purgatos & aptatos ſumere: hec etiam leuia ſunt & ſine periculo que conuenienter loco uel paſſioni ſi apposita fuerint plurimum ualebunt atq; egro/tantem: ſi fuerit egritudo: ſi uero longus fuerit morbus ſi predi/cta ei conueniant: nihilominus curabitur morbus. Sed in lon/go tempore. At ſi miniſtrando illa peccamus aut loco debito nõ apponendo egrotantem tamen non interimes. Sed ledes leſione tamen non multum periculoſa.

## Leuia remedia caput ſextum.

REmedia uero leuia quibus uti poteſt egrotus ſunt hec. Sanguinis extractio de tibiis uel de ſuperioribus corpo/ris partibus cum ampullis que minutiſſimis. Inciſioni/bus ſuper ponuntur incutis ſuperficie factis ſi etiam egrotans ſti/pticus fuerit & uentrem mollire uoluerit aliqua leuia ſumere po/terit ſicut eſt ſyrupus roſarum uel ſyrupus qui arabice eq̃ gebil di/citur uel ſimilia mollis quoq; uenter redditur prunis & moris. Si/militer poterit egrotus cum raphano uel bletarũ ſeminibus: aut peponum radicibus uel ſimilibus uomitum prouocare. Item reci/pere poterit egrotus clyſteria leuia quale eſt illud quod fit exor/dei decorticati uel furfuris decoctione uel cũ oleo ſine adiectio/ne & ſimilia.

## Remedia violenta caput ſeptimũ.

PLeriq; medici reperiuntur qui uiolétas curas eaſdemq; maxime uirtutis pretermittentes in ſolo egrotantium regimine innituntur. Ego uero oſtendá que ſint uioléta remedia a quibus inquantum poſſunt: caueant etiam perfectiſſimi medici: & de quibus miniſtrandis uel applicandis egroto tum ignorantes tum impefecti medici nullatenus ſe intromittere debent ſine precipuorum medicorum conſilio atq; expreſſo mandato. Violenta igitur egrotantium remedia ſunt iſta. Primum uenam aperire pro aliqua ſanguinis quantitate minuéda. Item acuta clyſteria & omnis medicina euacuatiua ſeu potius laxatiua. Similiter uomitus per uiolentiam procuratus ſicut cum eleboro albo uel nigro. Sicut cum granis que dicuntur nuces uomitus ſimiliter uomitus qui per acutum clyſterie cauſatur in quo eſt oleum colloquintide uel eius pinguedo ponitur: eodem pacto nimia & exceſſiua abſtinentia medicina uiolenta reputantur qualis eſt omnem cibum dimittendo aut egrotanti aquam prohibendo ita ut ſitim patiatur hec omnia uiolenta ſunt & bonorum medicorum indigent conſilio: ſed aduertendum eſt quod euacuationes in quibus etiá ingrediűtur ſcamonea & agaricus & turbit coloquintida uel ſimilia precipue peritiſſimi indigent medici conſilio & experti.

## Media medicina caput octauum.

SVnt autem alique medicine que medie dicuntur: qualis eſt caſſia fiſtula que inter medicinalia mediocris eſt & in euacuando neq; fera neq; debilis: & ſi a tota ſpecie hoc habet ut debilitet aliquantulum & cóturbet atq; nauſeam prouocet inoperádo: eſt tñ inter medicinas laxatiuas ualde ſecura. Similiter agaricus eſt ſuauis & grata medicina quia leuiter laxat: nec humores conturbat: nec cauſat corroſiones aliquádo tamen multum ledit quia uehementer exſiccat. Vnde cum aliquo lenitino pro toto corpore uel mollitiuo ſumendus eſt uel pro aliquo ſpeciali membro accomodatus. Hiera pigra uero electiua eſt & calida ualde. Ideo niſi rectificata & temperata non eſt ſumenda.

## Medicina compoſita caput nonű.

INter magnas & uiolentas medicinas artyſicioſe quędam re periuntur quę magnas habent uirtutes ac efficatias / qualis eſt tiriaca & quedā ſpecies quę arabice dicitur mecatrodices & alia que appellatur ocedrig. & ſimiles que omnia ad magnas curas pertinent. Sed nullum ex iſtis ab ęgroto ſumi debet ſine cō ſilio magni ac excellentis medici atq; immedicinali ſciētia bene probati: quia ſi hęc egrotanti ſuo loco & tempore ſubminiſtrantur indubitanter & breuiter curabitur infirmus ſi uero indebite applicētur ſine dubio ęgrotus peribit: uel ſi forte euaſerit magnā leſionem longiſſimamq; ęgritudinem incurret / aqua nunq̄ fortaſſe curabitur. Quod aūt de ſimilibus medicamentis cauendis ſeu caute miniſtrandis diximus quantum ad ęgrotantes pertinet intelligendum eſt incolumes tn̄ ſingulis decem diebus tiriacā ſumere poſſunt pro corporum ſuorum ſeruanda ſalute.

## Generalis obſeruatio caput. x.

QVoniam uero circa emperica medicamenta quę medici ſcripſerunt atq; naturales philoſophi approbauerūt multos errare uidemus: cum ea quę legunt uel in aliis uel in ſe ipſi experiuntur. conditionibus debitis non ſeruatis. quę propter operum ſuorum breuitatem a ſapientibus ſunt pretermiſſę illas prudentibus prędupponendas relinquendo: quas imperiti tum ſuo: & aliorum periculo non cognoſcunt. Aduertendum eſt quod omnia medicorum precepta. tam generalia: q̄ particularia ſiue pręceptiua ſiue prohibitiua non ſunt nude uel abſolute intelligenda / ſed cum quibuſdam potius conditionibus uel cautelis adeo neceſſariis quod ſi obmictantur / poterit ſumenti magnum aliquod periculum euenire ut exempli gratia quamuis modo dixerimus incolumis utile eſſe ſingulis decem diebus tiriacam ſumere pro ſui ſeruanda ſalute: hoc tamen pręceptum non omnibus eſt conueniens. Iuuenes enim & calidę maxime complexionis: a teriaca debent abſtinere: illi quoq; quibus teriacam ſumere conuenit propter ętatem / uel frigidam complexionem: illā neq; ęſtiuo tempore: neq; caſu aliquo intenſionis ſeu inflamationis recipiant Item ſiquis corruptum in ſtomacho haberet humoré quī

cunq; ſit ille teriacam cauere debet. Vomitus ſimiliter quamuis ſemel aut bis imméſe a medicis laudetur ad cõſeruandā ſaluté. ſtrictis tamen pectoribus uel ualitudinariis nocet ſimiliter illis qui capite ſunt debili & morbido & frigido precipue tempore uehementer obeſt. Sic igitur omne medicamentum etiam approbatum conditiones quaſdam neceſſarias habet annexas: ſine quibus nemo in ſe uel in alio ad experiendum ſe debet exponere ſine boni & perfecti medici probato conſilio. ❡ Predictis bene cõſideratis malorum medicorū errores qui uoluerit poterit cognoſcere & ſalubriter euadere: & leuia tantum remedia pro egritudinibus inuenire ubi uel nullus uel doctus medicus haberi non poteſt. Sciendum tamen eſt quod non ſolum inpertis medicis. Sed etiam pertiſſimis difficile eſt: que circa egrotantium curam attendenda ſunt & contingere poſſunt omnia prouidere. Nam Galenus ualde ſecure ꝑmittit egrotāti aquā bibere. Immo dicit: quod aqua ſuper egroto conſperſa ſudorem prouocat: & naturam mollit & perfecta curatione febrem ſepiſſime curat. Verum tali loco: & tempore egrotanti aqua dari uel aſpergi poſſet: quod eū deſtrueret uel perderet fortaſſe membrorum uſum: itaq; amplius reparari non poſſet. Cum igitur multa ſint pericula circa egrotātium curāta quibus medici: ſi non ſunt perfectiſſimi & probatiſſimi ac diui exercitati cauere non poſſunt. Ideo tutius eſt egrotantem potius nature q̄ imperito medico credere qui audatia perdita fortiores curas & uiolentas medicinas ſubminiſtrāt: in quibus ſi erant non eſt dubium quod egrotum interficiunt hoc autē ex ignorantia procedere ſemper neceſſarium eſt: quod ſi aliquando tamen egrotantem curant. hoc a caſu ſolet euenire ſicut in ſagittario euenit: qui quandoq; malus ſagittarius ſignū attingit: licet illud raro & impautioribus contingat. aſimili ignorantes medici frequenter errant: & ideo frequenter egrotos interficiunt rudes autem homines non perpendunt quia tales medici uerboſi ſunt & ſepius cauſas mortis in egrotante menciuntur que non ſunt: ideo prudentius ab ipſis euitandum eſt: eodem pacto ab illis medicamentis cauendum eſt: que inter fortia & debilia media ſunt: que ſumenda non erunt ſine deliberato boni atq; experti medici conſilio ubi autem talis medicus non reperitur talia medicantia leuiter ſumi poſſunt & cum ſufficienti moderatiõe ſemper egro

tantis naturam ſtatum conditionem:& conſuetudinem conſide/
rando:q̄ prius habuit in ſalute. Et quia aliter gubernandus eſt iu/
ſtitius & aliter ciuis delicatus.

## Modus cibi ⁊ potus egroti caput vndecimum.

OMnibus autem egrotantibus hoc ſit generale preceptum quod leuior & rarior ſit ſolito cibus & potus eorum. Voco autē leuē cibū ſicut uiſculū pullorū:& aliarū bonarum carniū. Groſſus autem egroti cibus erit pullus & alie carnes. Sed in omni ſtatu & conditione ſemper nature ſubueniēdum eſt. Ita ꝙ cibo ſubſtentetur & fortis reddatur egrotus:quantum poſſibile ſit ad egritudinis pondus ſubſtinendum.

## Modus odorum virtutumq̧ animaliū caput duodecimum.

SIcut autē corporis uirtus cibo ſubſtentatur:ita ſpiritus bonis odoribus inſtaurātur. Egritudines autē ex cauſa frigida prouenientes calidis odoribus aiuuantur ut eſt ambra:muſcū & ſimilia:ſimiliter contra paſſiones calidas. ſeu a materia calida procedentes. Odores frigidi ualent:ut Roſarum nenupharis & ſimilium eodem modo etiam uirtus animalis pulchra & precioſa uidendo:ſubleuatur:& gratioſa & ſuauia audiendo:recreatur enim uirtus cordis & anguſtia prehesiſtens diminuitur tum uiſu tum auditu grato & iocundo. Video aliquando maxime prodeſſe egrotanti bona noua audire/& per gaudium. Viſum & iocum multi fuerunt curati. Hec autem omnia que hic dicta ſunt ad leuia remedia pertinent quibus circa egrotantem uti poſſumus: ubi non eſt perfectus medicus cui ſine periculo etiam ſalus & uita credatur.

## Vltima medici obſ̄uatio caput. xiij.

HEc autem ſit generalis circa curãdos egrotos omnibus re
gula obſeruanda quod ſi eos poſſunt per bonam & cõue
nientem dietam regere: nullã unq̃ adhibeant medicinam
eſt enim medicorum ſanctiſſimum hoc inſtitutu3 ſi tibi deficiãt
medici: medici tibi fiant hec tria mens leta requies moderata die
ta. Sed ſi neceſſitas cogit aliqua medicinalia ſubminiſtrare cum
cibis tranſeãt medicinalibus tãtũ quod ſi penitus fuerit adhibẽ/
da medicina illa que leuior eſt egrotans miniſtretur. Sed in pri/
mis hoc aduertẽdum ſit quod tam in leuibus q̃ infortibus medi
cinis in quantã patientis conditio ſufferre poterit medicina ſim/
plex potius q̃ compoſita medicina egrotãti ſubminiſtretur. At ſi
oportuerit cõpoſitam penitus medicinam prebere morboſo pa/
ribus curis minus compoſita tutius exhibeatur hoc tamẽ attẽto
quod medicamenta expluribus compoſita: & maxime contrariis
penitus ſunt fugienda: niſi in extrema neceſſitate quando ſcilicet
doctiſſimorum medicorũ iudicio non poteſt aliter egrotus cura
ri: quapropter ſi tale preceptũ a doctiſſimis etiam medicis eſt ob/
ſeruandum quãtomagis imperiti illud ſeruare debent & egrotã
tes a talibus precauere.

## Operis per oratio.

COllectis igitur omnibus ſuperius explicatis euidentiſſime
manifeſtum eſt quod bono ſeruato regimine tutius eſt le
ui egritudine laborantem hominem naturę credere q̃ im
peritis & periculoſis malorum medicorũ manibus uel dubiis me
dicis eius ſalutem exponere.

¶ Et ſic finis eſt Arabici libelli cõtra malos medicos
Ioannis eliſii phiſici Neapolitani opera latinus reddi/
tus: cum eſſet granate ad ſeruitia Sereniſſime Ioanne
Aragone magne Sicilie ſupreme regine unacum Illu/
ſtriſſimo Loyſio cardinali Aragonio. Anno dñi mille/
ſimo quingenteſimo.

# Continentia Capitulorum totius opuſculi.

¶ Prefatio primo loco ponitur ad longum

¶ Natura operatrix. Caput primum

¶ Egroti cura ſimplex. Caput ſecundum

¶ Egroti cibus. Caput tertium

¶ Egroti potus. Caput quartum

¶ Egrotantium confectiones. Caput quintum

¶ Leuia remedia. Caput ſextum

¶ Remedia uiolenta. Caput ſeptimum

¶ Media medicamina. Caput octauum

¶ Medicina compoſita. Caput nonum

¶ Generalis obſeruatio. Caput decimum

¶ Modus cibi & potus egroti. Caput undecimum

¶ Modus odorum uirtutūq; aīalium. Caput duodecimum

¶ Vltima medici obſeruatio. Caput decimumtertium

¶ Operis per oratio in fine opuſculi.

Finis deo gratias.

# APOLLINEVS NATVRE CLIPEVS INHOR RIBILE FLAGELLVM MORBI GALLICI

ITEM LIBELLVS DE MIRANDIS MOR
BORVM AC SANACTIONVM CAVSIS
CVM ELISIANIS ANNEXIS AD IL
LVSTREM ANDREAM CARRA/
FAM SANCTE SEREVINE CO
MITEM INSIGNEM.

CVM GRATIA

# IOANNIS ELISIANI PHISICI NEAPOLITA NI ET AMICORVM PRESENTANEVM AVXILIVM INLVEM GALLETICAM.

# VNIVERSIS PRINCIPIBVS PROCERIBVS ATQVE CAMPANIS NOBILIBVS.

Decreueram huic noſtre inſtaurationi de balneis terrę laboris ſeu Campanię: addere Elyſianum auxilium in horribile flagellum morbi gallici.ut in rubrica promiſimus. uerum propter uarias abſen/tie cuſas.tunc imprimere nequiuimus. ¶ Sed ne uacuus hac in parte omnino recedam aliqua ſuc/cincte tamen pro ut uiſa ſunt maioribus noſtris ad ducam hunc nefandum morbum actingentia qui non inmerito dictus eſt a nobis flagellum horribile contra mortale genus ut in noſtra prima digreſſione inſtantis operis oſtendimus:

¶ Cauſam unde humanum corpus ſit corruptibile & uariabile te/ſtantur grecorum illuſtres excellentes domini eo quod cópoſitum ſit ex cótrariis ſemper ad inuicé impugnantibus.ne dum ex natura cópo/ſitionis,ut aſſeruit Democritus Mileſius Ipocratis preceptor: Sed etiam ex ipſa natura componétium dixit enim ſi corpus eſſet unum ſimplex non ſuſciperet magis ac minusſed ſi ex diuerſis partibus cópo ſitũ fuerit &ad ſe inuicé paſſibilibus multa aduerſa & diuerſa ſibi erũt aliis alia meliora qua ꝓpter diuus Ipocras in libello de natura huma na aſſeruit ſi homo eſſet res una non doleret nec pateretur nec corrũ peretur non.n.inueniretur alterans ipſum a ſe ipſo autem nihil alte/ratur quare ex hiis accidit quod calidũ & frigidum humidum et ſiccũ ex quibus corpus componitur aliquádo equãtur in eo equatione qua decet aliquando ita quod unum uincat ſuper alterum:

¶ Equatio auté cauſat ſanitatem & uitã. uictoria uero unius ſuper alterũ aut eſt parua & prouenit inde egritudo aut ē uehemens ualde & prouenit inde mors ut dixit gali. in libro de complexionibus cu/ius uictorie cauſa tam intranea q̃ extranea reperitur.qua de re huma na hec noſtra uita ex complexionis compoſitionis ac unitatis imper fectione uariis immo innumerabilibus fere morborum ſpeciebus af/fligiť & noſtris tẽporibus mortale genus egritudinibus uexatur igno tis unde pluribubus iam elapſis annis quidam modus egritudinum apparuit qui q̃quam ab authoribus medicine ſit tactus fere incogni/tus ut nunc exiſtit tamen uehementer ꝑſequitur a recencoribus phi/ſicis qui morbus diuerſis dolorum ſpeciebus in multis membroꝝ cor/poris partibus. puſtularũ diuerſorum modorum incure corporum hu/manorum naſcentium ſatis acriter gentiũ multitudiné cruciauit& ad

huc cruciat & Romano uulgo gallicus morbus appellatur & ſi in di/uerſis ciuitatibus regionibus atq; climatibus diuerſa nomina ſotiatur:

## HOC NOVVM QVODAM MORBI GENVS

Qvod francicũ appellãt ignotũ fuerat ante aduentũ Gallorũ in Italia maioribus nr̃is quod ideo qdam gallicum alii Galleti/cũ aſſerunt. conſtat peregrinum eſſe & antiquo carere ſimplici nomine: appellet quiſq; ut libet fatentur fere omnes neminem legiſſe qui huius morbi meminerint. Heu quot calamitates nos mi/ſeros quotidie inuoluunt ac ſi innumerabiles non eſſent morbi. hic nouus non ſolum Italiam immo Europam totam ac uniuerſum fere orbem occupauit. Hiſpaniarum ut ferunt / & eas preſertim partes quæ magis ad occidentem uergunt deinde Gallias/ Dalmatiam/ Greciam/ Aſiam & ut retulere Syriã atq; Egyptum. Adeo hodie uulgatus & ut dicunt epidimicus eſt hic morbus ut nulla mundi pars nobis co/gnita illius expers ſit. Cõtagioſus eſt morbus & primũ ut fit ignobile uulgus repſit iãdiu eſt quod proceres ſenſim ſollicitare incipit. Cronicus eſt & difficilis a quo paucos penitus explicitos ac extricatos nouimus. peſtilens horribilis tabificus ex morti affinis cuncta ſupe/rans doloris aſperitate tormenta. ſunt qui mori malint q̃ illũ uel pauco tempore perpeti. Nec ſimplex huius morbi natura uidetur cum et cutim/ & lacertos/ & articulos Simul erodat. Dolores inſuper aſ/perrimos affert ſunt qui & ſi modo finiuntur modo acuuntur non tamen ut podagra & artetica ueras intermiſſiones & longas habent ul/cera fœda lepre & iis quæ mali moris ulcera a medicis appellantur ſi/millima ſunt. ſolent pleriq; comprehendere primum pudenda uirorũ mulierumq; unde putant contagium illud nec aliunde prouenire q̃ ex coitu. & ſi aliis quoq; modis quã raro hunc coaleſcere poſſe mor/bum putandũ ſit. Nã & pueros puellaſq; & infantes uiſum eſt hoc malo torqueri deinde per frontem & faciem & totum caput ſerpunt illa ulcera. ſeu tubercula papule. ſeu exanthemata nũc oſtrecoſa. nunc cru/da/ nunc uirulenta/ nunc purulenta nũc arida cætera etiam membra ob ſident. Perceptum eſt ſepe numero illis exeuntibus dolores minui retrocedentibus augeri. tanta eſt inter ipſos morbos affinitas & connexio. Ideo nũq̃ probauerim eos qui illos morbos uehementibus medicamentis preſertim in principio curãt. ut arſenico. chalcitide. flore eris & ſimilibus. uidi aliquos hoc modo curatos periiſſe multos grauius di

uciuſq; a morbo cruciatos. ¶ Eſt enim morbus praue naturre quem aut non tangere aut leuibus medicamẽtis tentare ſatius eſt q̃ aſperis. Nam curando fieri quedam maiora uidemus uulnera. Que melius nõ tetigiſſe fuit. ait Hipocrates ex curatis cancris cicius homines interire. hoſtium ferocia melius cunctando q̃ pugnando ſepe uincitur. Tu/cius namq; eſt hos morbos protrahere. lenire & leuibus medicamentis aggredi. q̃ exquiſitiſſime curare. quoniam hic morbus perpaucos interimit. tucius eſt ſepe purgare q̃ ſemel: Sed neceſſitas nos quãdoq; cogit exacte purgare aut flebotomare ubi oportet uſq; ad defectionẽ puta ubi morbus hic fauces aut aliquod nobiliũ mẽbroꝝ in fecerit. ubi dolores intollerabiles fuerint. ubi cũ abũdãtia humoꝝ fuerit etiã ma/litia/& ut caſtrẽſibus uerbis utar qm̃ medicina per ſimilis eſt milicię: ntedum pugnandũ eſſe ſapientes teſtantur nõ quia uelis. ſed quia hoſtis cogat: tu ſi times defectionem animi ſeu lypotomiam: quam græci medici quandoq; ſuadent cum ad illam proprius acceſſeris conſiſte quod eſt uſq; ad lipothomiam excluſiue purgare. ¶ Huic morbo ni/hil ſapiẽtũ iudicio utilius q̃a coitu & laboribus abſtinere. cauere a frigore. cibis uti qui laudabilem & temperatum generent ſanguinem. & aduſtioni malitieq; humorum obſiſtant ut ſunt gallina & proprie ius eius. Edus oua in aqua cocta. & ſm aliquos piſces laudabiles nõ frixi ſed elixi aut aſſi. cancri fluuiales far ordeaceum/lactuca/endiuia/borago/bugloſſa/ſorbiciuncule examingdalis. & iuſcula cinamomo cete/rorumq; aromatum parum condita his. n. tãtum cibis miſcendum eſt quãtũ illos ſalubriores gratiores & corruptioni minime obnoxios facient & ut malis humoribus aduerſentur ſtomaco proſint nec nimis calefaciãt aut humores agitent atq; perturbent. ¶ Vinum ſit laudabile dilutum & moderare ſumptum quod ſtomacum non ledat neq; iun/cturas aut neruos ſiquis igitur hoc malo uexatus fuerit prefato uti poterit regimine: Si uero certam ſalutem acquirere cupit ſequentibus in mediate utaẽ conſiliis atq; medicametis. ¶ Nam ut probatiſſimi teſtãtur phiſici ſi nefandus hic morbus inualuerit ac corpore toto diffũ/datur iiſdem medicamẽtis curationem ſuſcipere ſolet quibus & lepra quare ſi iudicaueris ſanguinẽ his miſceri humoribus deduciq; eos cũ ſanguine poſſe optimum preſidium iudicarunt ſanguinem illico de uena mediana quam nigram aſſerunt mittere. ¶ E contrario uero ſi ĩneptos & qui cum ſanguine minime fluere poſſint exiſtimatur equare eos ac deducere medicamẽto debes. & nõ inutile aſſeritur a quibuſdam irudinem quam ſangui ſucam uocant aut cucurbiculas ea parte affigere qua eger magis urgetur quod ex habitu corporis rubore loci tu

more uenarum iudicabitur. ¶ Verum quia multis flobotomia nocuit in hoc ſtādum eſſe periti medici aſſiſtentis arbitrio aſſerimus qui decernat ubi & quando flobotomandū ſit conſideratis conſiderandis de flobotomia ipſa poſitis a doctoribus. ¶ Poſtea uero ad ea medicamēta confugiendū quæ materiæ partē deponant Ita quod humores euacuentur ſimul & ſanguis purificetur cum medulla caſſiæ cum manna cū tamerindis mirabolanis reubarbaro epithimo. Agarico & ſi neceſſe eſt adfortiora trāſeundum ut ad lapidem lazuli & ad nigrū ueratrum. ¶ Et ſunt nōnulli recentiores qui in medicamento quod ſequitur gloriātur. & eorum operationē felicitāt. Recipe mirabolanoꝝ oium partes duas Reubarbari electi partem. I. Agarici polipodi ſingulorum partem mediam ſucci fumi terrę ſene uue paſſe ſingulorū partem quartam quæ contuſa bulliant in aque electi fontis. ℔. vi. ad conſuptionem quarte partis que omnia decolata comprimātur & additis mellis. ℔. i. diagredii bene ꝑparati. ℥. viii. medulle caſſiæ per ſeram extractæ onc. ii. & paruo igne in unam redigātur compoſitionem qua poterit eger aſſumere. onc. ſemis ¶ Et demū cōmendant ſatis q ſupra potiōes materiā equantes ut ex fumo terræ endiuia acetoſa ſaccaro lemonū citriq; ſucco uel iſtam que ſequitur ℞. Mirabulanos oēs fumum terræ endiuiam bugloſſam / melliſſam boraginē Violas abſinthium / tamarindos: epithimum / & roſas quantitatem quam uolueris quibus aditis ſucco fumi terræ atq; ſaccaro bulliant & ad potionis formam reducantur. ¶ Et materia equata deducatur potentiori medicamento quod deponat humorem quem ex cernere uolueris ſicuti ſena polipodio albo uerato lapide ſtellato confectione hamec aut inda & aliis multis que doctores extollūt ut dia captoliconem quod excellenter conuenit in omni tempore. ¶ Verum quia humor non una tātum euacuatione ſe cernitur iteranda ſæpius hec erunt. ¶ Nec timenda eſt imperitorum peruerſitas boni enim Ducis eſt ſcire ubi & quādo oportet bellum protrahere hoſtes fallere receptui canere tergiuerſari ſæpe etiam ut afferunt quamuis impares ſint uires & locus iniquus fortiter pugnandum & ferro ut aiunt iter aperiēdum eſt cum neceſſitas cogit unde ſepe ſalus exiſtit nullam ſperare ſalutem ex ſemper melior iudicari ſolet dubia ſpes q̄ certa deſperatio: interdum fortunæ res commitenda eſt ubi cautiſſimos nos eē oportet ut ſimul cum fortuna non deſit prudentia. ¶ Quare concoquatur & expulſioni paparetur materia illa uiroſa. Iterum cum aqua in qua bullierit fumus terræ. filicula capillus ueneris bectonica acetoſa liquiritia bugloſſa borago & earum flores calendula ordeum mundū uua paſſa zinziba / &

ſimilia Theriaca metridato roſis floribus borãgis & bugloſſe zuccaro aut melle conditis xilobalſamo mirabolanis indis & nigris & embli/cis conditis utendum ſub inde & aliis quæ in epidimicis morbis con ferre dicuntur. ¶ Demum pro auxiliis inſtãtis acerrimiq; morbi pro batiſſimi ex recentioribus phiſici nonnulla extrinſecus adiuncta aggre diuntur preſentanea ac conferentia ut in craſſiori/& glutinoſa mate/ria quę incidãt intenuiori quæ reſoluant in media q̃ utramq; operatio nem perficiant Mollire enim interdũ & dolores remittere opportu/nis auxiliis cõuenit. ¶ Et hoc malũ ut teſtãtur tollit acida pars Citri gũmi arabicũ Gũmi nucis plurime ſtorax liquida & ſinapis ſi aceto li niantur. ¶ Saliua quoq; hoīs ieiuni a nõnullis ſatis cõmendatur. Itẽ aqua fulfurea aqua ſalita & maris ſpuma ſuccus pſilii;oleũ ex frumẽto & ex uiolis ſtorax & pix armoniacus elebo℞ gũmi rute litargirium tu cia reſina pini ſpuma argẽti & ceruſa.ſerapion autẽ nitri partes duode cim ſulfuris partes quatuordecim excipiebat reſina copioſa eaq; uteba tur Alii minio Synopio ceram & oleum ex roſa addunt &eo in un gunt. ¶ Nonnulli uero reſinam terbentinam argentum uiuum ma ſticem litargirium ceruſam timiamaq; excipiunt mirtino oleo atq; la rido & eo in ungentes ſudare egros cogunt. ¶ Nec deſunt qui fateã tur ſe ex ſolo potu medicamenti quod habet laccam lotam aloem ac mirti coccionẽ ex eiuſmodi egritudine ſanos euaſiſſe hec illi. ¶ Sed hæc ſimilia ab empericis ſeu potius imperitis & indoctis medicis lau dantur qui experimentatores trouantuliq; ex occidente unde & mor bus ipſe & pleriq; alii & cunctarum artium uane obſtentationes adue nere. ¶ Varia & inconſtans eſt huius morbi curatio cuicumq; medi/cũ ſe profitenti ſtatim creditur unus quiſq; ſuo uehit arbitrio ſuas ha bet peculiares medicinas plures deniq; medici ſunt q̃ egroti. ¶ Iſta pro nũc ſatis ſuccincte de hoc morbo aducta ſunt non quodpropoſi/ti opuſculi ratio exigat ſed quia inter ſcribẽdũ ꝑpter cauſas in princi pio adductas occurrit. ¶ Siquis aũt melius ac profundius de hoc mor bo intelligere uoluerit perlegat opuſculũ noſtrũ de hoc ſatis prolixũ appellatum auxilium elyſianum in horribile flagellum morbi gallici inquo melius naturã huius icogniti morbi inquirimus illiuſq; cauſas ſigna & preſeruationẽ ſcientificã ad lõgũ cum curationibus uariis ip/ſius ac modo ſubueniendi accidentibus omnibus quæ hunc acerimũ morbum inſequuntnr. ¶ vniuerſa autem quæ ſunt a maioribus tra/dita que huic morbo conuenire uidentur uide ibidem.

Etiã cõtra trouãtulos nõnulloſq; ſciẽtificos ut torregliã ac leonicenũ de honeſtã tes Neapo. Illuſtreſq; medicicos quare &c̃.

¶ Camilli querni Monopolitani in diuam editionem Ioannis Elyſiani phyſici maximi qua morbus Gallicus penitus ſoluitur Carmen.

Tabificos morbos. italis quos gallia miſit.
Nullus adhuc medica ſoluit Apollo manu.
Non tulit hæc miſerę ſubcreſcere damna iuuentę.
Elyſius patrio portus: & aura ſolo.
Nec mora diuinum mira edidit arte libellum.
Quo reſerat cunctis quæ latuere diu.
At tu qui horrenda cruciaris tabe. labores.
Elyſianæos perlege. ſanus eris.

Antheus Eliſiano ſuo medicorum preſtātiſſimo

Cedat Phillirides Podalirius atq; Machaon.
Cedat cui colubro maxima Roma litat
Cedat pergameum numen Coos inclita cedat.
Cedat in heſperio barbara fama ſinu.
Cedant quos alii longa eſt uenerata uetuſtas.
Cedant iudiciis Eliſiane tuis.
Cedite docta cohors medicorum cedat Apollo.
Cedite ſat terras: maior Apollo fouet.

Et ſic finis impoſitus eſt huic noſtro pſentaneo Eliſianoq; auxilio inhorribile flagellum morbi Gallici ſiue in Galleticam luem Ioannis Eliſiani phiſici Neapolitani & Amicorum Anno humane ſalutis. M. D. XIX.

## INCLITO ANDREE CARRAFE .S.SEVERINE COMITI ILLVSTRISSIMO.

### Libellus Beniuenii de mirãdis morborum ac ſanationum cauſis cum Eliſianis annexis.

Erum excellẽs Comes q̃a quod oẽs ſamant nõ oĩo perit ut philoſophi teſtant̃.in diuina aũt medica arte plures fore caſus q̃ canones omnes fatent̃ cũ experimẽtum uincat rationem in ſcientiis operatiuis: accedente publica utilitate non pauca/ & medicorum ac etiam languentium ſatis conueniens dignum duxi huic noſtro preſentaneo auxilio addere libellũ demirandis morborũ & ſanationum cauſis uariũ profecto elegantiſſimũ & eruditum nuper in lucem proditum tuaq; preſtanti dominatione dignum.ſub cuius preſidiis cũ noſtris annexis publice omnium traditur utilitati.

### Et primum occurrens eſt de morbo quem pre manibus habemus quem uulgo gallicum appellant.

### Beniuenius.

NOuũ morbi genus ãno ſalutis nonageſimo ſexto ſupra.M.CCCC.a xp̃iana ſalute non ſolũ Italiã: Sed fere totã Europã irrepſit.hoc ab hiſpania incipiens;per Italiã ipſã primũ. tũ galliã ceteraſq; europe prouincias late diffuſum mortales q̃ plurimos occupauit.incipiebant enim puſtule genere diuerſe ingenitalibus mẽbris & interdum in capite & inde per totum corpus diffudebantur aliis quidem plane minimeq; extantes/ſed ſcabre tamen inſuperficie & colore ſub albide.a quibus ſquame reſoluebãtur & caro ſub his corroſa apparebat aliis uariis ſimiles figura rotunda et ab his quidẽ ſquamis leuioribus reſolutis.prominebat caro rubicundior exqua uirulentia fetens& grauioris odoris profluebat:nõnulli uero latioribus corripiebantur puſtulis.ſed que ſupra cutẽ non intumeſcerent: craſſiores ſquamas habentes ex quibus etiã uirulentia copioſior emanabat & ãmotis ſquamis caro apparebat obſcurior ac ſubliuens que inulcera/

ta roderet quartum genus erat quod ſub albidis ſquamis ammotis ci catrici ſimile remaneret aquo profluens interdum ſanguis difficulta/ tem ſanationis oñderet & ſimilitudine ſiccã ſcabiem repreſentaret ce teris oío deterius : & licet minus eroderet/ſerpendo tamẽ uariis & in tentatis inſidebat locis. ¶ Hoc autem morbi genus plebem plurimũ ſeruoſq; afficiebat ex nobilioribus uero paucos ſubſequebantur huius ſcemodi puſtulas; licet & interdum precederẽt articulorũ dolores: qui non minori cruciatu torquerent ac ſeneſcentibus iam puſtulis plurimũ inualeſcerent quod ſi medicamentis compigentibus intrinſecum quis conaretur extrudere humorem. continuo ex orte puſtule in gula & ore egrotos male habebant ex quo etiã nonnulli ob incuriam medẽ tis mortem obibant. aut quod proximum eſt eroſis faucibus diffici/ lime ſanabantur. ¶ Has autẽ nos impetiginis eſſe genera quas greci lichenas uocant; iudicauimus quem etiã morbum plinius quod ex ac cepto oſculo mentum uenaretur: mentagram appellauit huius uero & celſus quatuor ſpecies eſſe dixit rubeam.ſ.& nigram . tum & que ſerpendo procedit. & que item bullulas uaris ſimiles habet. hec ille eleganter ſatis.

¶ Eliſianus Neapolitanus

O Ccurrit egritudinũ modus ab authoribus medicine ĩcognitus & ſi uehemẽter exiſtat apud recẽtiores & ꝓprie interris mariti mis. in qua egritudine multiplicantur ſomnia timoroſa cũ q/ buſdã motibus ſpaſmoſis & contractiones apparent in ipſoꝝ mẽbris nunc imbrachiis nunc incoſſis nunc incollo uel capite quandoq; uero intoto corpore & aliquãdo uidebatur eis de alto cadere ad lecti ꝓfun dum & pro timore murmurãt fortiſſime in ſomno ut pro eorum auxi lio per ſe uel per alios oporteat eos excitari non ſine ingenti timore cordiſq; concuſſiõe & lectus ſub eis uerti uidebatur unde nonnulli me dicorum incubum eſſe uel cardiacam falſo putauerunt . uerum quia hmõi timoribus non ſolum in ſomno : ſed etiam ipſis uigilanti / bus aquocunq; ſibi ſubito apparenti anexa eſt quandoq; triſtitia falſo putauerunt melanconiã exiſtere alii propter cõtractiones apparentes uarioſq; eorum motus ſubito uenientes ſpaſmum uel paraleſim non ueridice aſſeruerũt ueꝝ qa ex hmõi egris plurimi ĩcute & ꝓprieimpo ſterioribus pũctões ſenſerũt nõnulli uero habuerũt ſudores mucilla ginoſos ꝓprie in ſubaſcellis. oĩbus uero quidam color plumbeus in facie erat & maxĩe in albis oculorum ac ſi uermes incorpe paterẽtur ex quo ſigno ſolo incuitu potiſſime hii tales cognoſcũt & ſic illos di/

iudicans & eorꝝ accidētia sine relatu aliquo eis narrans cunctos hoc percipientes in admirationē duximus. cū uero inuigiliis hoc accidens apparebat prius per totum corpus motum quendam ſubitum uelut terremotū ſenſerūt & ꝓprie in parte corporis poſteriori incipiēdo a partibus poſterioribus cruriū & aſcendēdo uſq; ad caput cū erectione capillorꝝ cutiſq; ex aſperatiōe imporis ꝓprie incoſſis. & ſubito hic motus ueniebat & ſic ēt recedebat & pluries hoc acciderat in die naturali Deus autē qui ſolus hominum corda illuſtrat luce ueritatis in uaragna nam cū Eliſiano ſui gratia ſic refulſit ut cognoſceremus quod eēt uentoſitas multiplicata inmuſculis & circa cutim cuius generationis cauſa non minus erat ab extra q̄ ab intra uenti. ſ. flantes. ea propter cum balneis quibuſdam ſiccis magiſtraliter factis cum lapidibus ingnitis eorumq; irroratione cum decoctionibus herbarum calidarum uirtutem habentiū reſoluendi hmōi uētoſitates & cum magiſtralibus etiam in unctionibus & proprie in partibus crurium aliiſq; poſterioribus & cū conuenienti aproximatione diete ut ſcientificis phiſicis innoteſcit ſubito eorum ualitudini reſtituūtur quaſi diuinitus. & hoc bene eſt aduertendum propter caſus extraneitatem ne erretur in illo & ne ēt tantum donum & diuinum quodamodo auxilium propter auaritiam aut inuidiam occultet hominibus. quibus ſanctius eſt ꝓ prehonorare ueritatem & tu conſidera.

¶ Admirandum Secundum.

## VERMIS VOMITU PROIECTUS.

IOannes quidā faber lignarius annū agēs quadrageſimū. cū a cordis dolore fere perpetuo duobus iam ānis grauiter urgeretur ac ꝓꝑea ꝙ eo ſepius in mortis diſcrimen ad ductus fuerat peritiſſimos quoſq; noſtri ſeculi medicos ſed fruſta conſuluiſſet: tandē ad nos uenit oratum ut ſi quo modo poſſem tanto malo ſeccurrerem mouit me fateor. cum reſipſa que ſatis perſe miranda uidebatur: Tum uel maxīe uiri lacrime. ac nimiū miſerabilis obſecratio. cepi itaq; mecum cogitare an id forte ex malo habitu uentriculi. ſeu cordis ſiue ille calidus frigidus ue eſſet aut ſiccus ſimplex aut mixtus. Sed horū nullus certis iudiciis oſtendebatur. cordis .n. natura nobilis preſtanſq; tanto ipſe huiuſcemodi iniuriam non telleraſſet cum nullū egritudinis genus īprimi incorde poſſit. quin hoīem ad feſtinam mortē deducat opinanti igr̄ mihi malignā aliquā & noſciam materiam inuentriculo de

tineri que quod uicinus locus ſit cordi ad eius ceruicem aſcẽdẽs homĩnem afflictaret uiſum eſt. eã quoquomõ ꝓpellere. Quare medicamẽto uomitionẽ fieri iubeo: eo & ſi corrupta ac prutreſcẽs mã expellitur non tamen dolor remictitur. conſulo igr̃ ut iterum uomitũ experiat̃. quem nihilo ſacius una intermiſſa diecula ualidiorem exhibeo: Expulſaq; eo eſt graſſior pituita. & cum ea uermis longitudinis digitorum quatuor ſatis plenior capite rubro/leui/rotũdoq; qđ piſi magnitudinẽ nõ excederet cetero corpore lanugine quadã cõtecto cauda furcata ad ſimilitudinẽ noue lune: pedibus nixus quatuor duobus indexteriorẽ: totidem inſiniſteriorem partem coaptatis. Admiratus uermis formã medicis erudictioribus oſtendo. nullum inuenio qui monſtrum ſimile uidiſſe ſe unq̃ fateretur. aderat tamen ſenior quidam: Sed medice artis imperitus: Qui teſtatus eſt ſimilem ſe uideſſe uermem uomitu quoq; propulſum ab Alexandro quodam cenobita: qui ſtatim ut ille aiebat: proiecto eo mortuus eſt. uoci trabat autem hoc monſtrum cordis uermem. At contra eger ille noſtre ut primum uermẽ ipſum euomuit ad preſtinam reuerſus eſt ſanitatem hec ille. S. Beniuenius florentinus.

## ℭ Eliſianus Neapolitanus.

Nvlli dumodum eſt accidere monſtruoſitates in arte quemadmodum & in natura ſepe enim noſtris temporibus percepimus in pluribus hominibus per manifeſta ſigna poſita a doctoribus uermem dictũ cingulum mire longitudinis genitũ ex cucubritinis continuatis ad ſe inuicem & ex aproximatione medicinaꝝ conueniẽcium pacientẽ egerere tres & quarto ucãnas hmõi cinguli: & aliquando cum capite magno admodum lacerte & ſe data ſunt accidentia impaucis diebus & non abſq; experimento. ac magni uiri aucte credendum eſt huiuſmodi animalia eſſe de genere ſerpẽtũ in corpore humano genita. unde tẽpore Sixti accidit Rome in quodã prothonotario digniſſimo q diu uexabatur dolore acuto captis pungitio in parte anteriori uerſus coronalem commiſſuram & exlonga aproximatione diuerſorum remediorũ & pluribus excellentibus phiſicis non potuit liberari. Tandem aquodam emperico ydiota liberatus eſt hoc modo. Quod ſupra locum pũcture cum inſtr̃o ferreo dicto trapano perforatũ fuit craneũ. & exforamine apparuit ueſtigum uermis parui cum motu: quo percepto ydiota cum paruis forficibus. extraſſit uermem ad modũ ſcorpionis uiui & patiens fuit liberatus non ſint nota

bili premio & magno honore imperiti dicti. Diuus Ioañes Meſue de paſſionibus cordis ut eſt ſincopis tremoreq́ dixit huiuſmodi ma/gna nocumēta eſſe aliqñ ex uermibus & ſubdit: Euāgeliſta medicorū & ſunt ex uermibus habentes aculeos pungentes orificium ſtomaci punctione uehementi donec faciat cadere in dolorē acutum cauſam ad ſincopim & aliquādo ad mortem & ſunt quandoq; ex penetrantibus uſq; ad uicinas cordis partes/ & quandoq; uſq; ad cor / & ſunt cauſa mortis feſtine hec ille.

¶ Admirandum tertium.

## LAPIDES IN TVNICA EPATIS REPERTI.

Mvlier quedam nobilis dolore exorto circa iecoris partes cum diu multumq; angeretur ac propterea q̃ plurimos medicos conſuluiſſet: effugere tamen id malum nullomō poterat quaſi opem noſtram una cum aliis experiri placuit conuenimus igitur plu res medici/ & que nam eſſent huiuſmodi morbi addite cauſe hinc inde plurimo ſermone diſcuſſimus: uerū ut contigere in rebus dubiis plerumq; ſolet: ſententia non cōuenimus cum pars ieceris abſceſſum: per malum habitum iudicaſſet. nos uero uitium inmenbrana contin gente in eſſe credebamus. At illa cū in ualeſcente morbo paucis poſt diebus nos etiam ex certis iudiciis pari conſenſu predixeramus: euita migraſſet: mortue corpus incidendum curauimus & inuenti ſunt in iecoris membranule parte decliuiori congeſti lapilli figura & colo/re diuerſi. Alii enim rotundi: Alii angulares: quadrati alii. pro ut po/ſitum & caſus effecerat maculis etiam rubeis ceruicis albiſq; diſtincti hii ſua grauite ex tunica ſacculum longitudine palmi latitudine uero duorum digitorum effecerant hanc autem nos mortis cauſam arbitra ti diſputare de obſcuris uanum & in utile iudicauimus hec ille.

¶ Eliſianus Neapolitanus.

OIu obſeruatum eſt in partibus noſtris poſt mortem magno/rum principum ſeu regum eorum copora incidere ſeu ferro aperire/ & ſic egrotante inclito rege Ferdinando primo Ara gonio in partibus puteolanis ꝑꝑ indiſpoſitiōem tanti uiri uenit Nea polim per mare cum quadam triremi inqua prenimio dolore calculi ueſſatus emiſit in mari duos lapides ad modū. & magintudinē oſſiū

daptiloꝝ & / fuit rarus euentus in regia maieſtate poſt modum inualeſcente morbo ex empimate & lenta febre paucis indiebus uitã cum morte cõmutauit incuius corpe facta inciſione in regione epatis ac etiã ſplenis inuenti fuerũt plures lapilli admodũ fabe duriſſime. & diuerſorũ colorũ. Itẽ Reginalis expertiſſimus phiſicus dictus ciantius nauis pluries retulit habuiſſe in cura hominem generantem lapides in angulis oculorum & horum lapidum gñatio erat periodica ſemper emittẽdo per oculos hmõi duriſſimos lapides & notabilis quantitatis Itẽ uir diuinus in arte medica Arnaldus de uilla noua teſtatur ac pedimontenſis franciſcus ſe Neapoli curaſſe quẽdam canonicum Neapolitanũ a fluxu lapidũ continuo qui fluxus per urinam erat ex lapidibus fructibus auellane ſimilibus & ex parte inferiori p inteſtina.ſ. erãt lapides ad modũ ouorum palumborum &c̃. Item inde Romanorum geſtis legitur beato Augu. referente mos antiquitus erat q̃d corpora Imperatoꝝ poſt mortem eoꝝ cõburerentur & cineres in eminentiori loco collocarent̃ cõtingit autem q̃d quidam moriebatur cuius cor non potuerat comburi & multis ſuper hoc mirantibus omnes rectores & ſapientes illius prouincie citauerunt & ab eis cauſam inquirentibus tandem dixerunt q̃d Imperator fuit intoſſicatus & propter latens uenenũ accendi non poterat cor eius. tunc illi extrahentes cor de igne appoſuerunt tiriacam. ſicq́ uenenum fugauerunt & cum iterũ cor in igne poneretur mox incineres eſt redactum & hoc eſt ſatis mirabile ſi bene conſideretur.

## ❡ Admirandum Quartum.

## VMBILLICVS PROMINENS.

c Ommune omnibus umbilicũ ad decorẽ. prominere. Mõſtruoſum: ſi promineat ultra q̃ decens ſit Ioannes binus filium habuit octimenſẽ: cuius umbilicus digitis quatuor excreuerat ad pedis ſimiľem. Colles enim teſticulorum tunica iunctus uidebatur a quo etiam ſpũs erumpebat interdum. hunc cum plures medici inuiſiſſent & ex his alii inteſtinũ eo erupiſſe iudicarẽt: alii omentum: alii humorem. nos carnem in loco increuiſſe dicebamus. cui ſnie cũ pater inheſiſſet: puerum curare cepi: Sed quod aucte eorum mouebar qui propter ſpũm quem inde erumpere interdum diximus inteſtinũ illud eſſe dicebant: reſecanda ne mihi eſſet caro illa & id ipſum ferro ne an igne potius faciendum plurimum ad dubitabam uerum certa tan

dem ratione ſubnixus uincire carnem decerno ſingulisq; diebus ar/tius deligans non prius deſiſto q̄ eo ipſa premortua penitus exciderit ac puer ſub inde integram ualitudinem recuperauerit.

## ❡ Admirandum Quintum.

## EXANO EVACVATA VRINA.

QVis non miretur ſi audiret quod nos uidimus puerum ſcilicet duodecimum agentem annum.cum urinam ſeptimo iam die non redderet propterea quod concretum quid ex pituita & ſanguie urine ipſius canaliculos obſtruxerat.eam tādē exa/no euacuaſſe. preſertim ſi nouerit & ueſſicam ipſam ceruicemq; eius minime fore uirulentam/aut fungoſam exiſtere ; & inteſtinum quod penetrari debuit ſolide & concrete eſſe nature ut decet tunicas omnes que neruoſe ſunt.oportuit enim aut inciſam ueſſicam inteſtī numq;:quod citra mortem fieri nequid.aut naturam cui impoſſibile nihil eſt huiuſcemodi aperuiſſe uias ut inde urinam redderet pue/rumq; ſeruaret.nouimus enim miranda eius opera nā & purulentum etiam quid oſſi ſubſidēs extrinſecus trudit.& hominem certis iudiciis moriturum ſepius liberat unde & militē uidimus cui illatum uulnus incoxam ueſſice ceruicem inciderat:ac ſub inde incuria medici adeo conglutinatum obcalluit ut penitus iter urine obſtruxerit:Sed ea ni/hilo ſecius carne paulatim eroſa coxa altera extra ſecus erupit indeq; quo ad uir ille uixi trite profluens reddita eſt.Sed Pauli bonimi filium nouimus qui glandecolisclauſa natus Paulo infra eam itinere pateſa/cto urinam reddebat.

## ❡ Admirandum ſextum.

## MVLIER A SPIRITV MALO OPPRESSA.

a Ccidit his temporibus nouum & admirandum morbi genus quod & ſi uiderim curauerimq; ſcribere tamen uix auſim.Mulier ſextum decimum agens annum ab ima uentris parte do/lore exorto conuellere manibus nitebatur cumq; inhorrendū clamorē erumperet itumeſcebat illico totus uenter adeo ut uterum geſtare crederes octimenſem & uoce exauſta ubi toto cubuli hinc inde ſecum relectans ſe ſe plantas pedum interdum ceruici connectens reſiliebat

impedis:iterum procidens ac reſiliens eſt huc ipſum identidem facti tabat. Quo ad paulatim ad ſe reuerſa quoquomodo recrearetur inter/ rogata quid egiſſet penitus ignorabat. ℂ Nos uero eius morbi cauſas diſquirentes arbitrati ſumus hoc malum ex uulue aſcenſu & uapori/ bus malis ſurſum elatis ac ſub inde cor & cerebrum impetentibus eue nire. Quare idoneis medicamētis adhibitis cū nihil omnino profeciſ ſent non parum mirati ſunus. a recta tamen uia minime deſiſtendum putauimus. donec ferocior facta ac tornis oculis circumſpiciens tandē prorupit in uomitum. quo longiores & recuruos clauos eneaſq; acus una cum cera & capillis inglobum mixtis euomuit. & nouiſſime gē taculi fruſtrum tante mangnitudinis : ut deuorare integre nullus po/ tuiſſet. cunq; id ipſum ſepius etiam uidente me factitaſſet. teneri eā arbitratus ſum ſpiritu malo: qui dum hec ageret ſpectantium oculos perſtringeret. Quare ſpūalibus medicis comēdata. manifeſtioribus de inde ſingnis & argumentis rem comprobauit nam & nos ſepe eam uaticinātem audiuimus & ea preterea agentem uidimus que omnem uim morbi ſupergreſſa humanum etiam captum excederent.

Eliſianus Neapolitanus.

EX retentione ſanguinis menſtrui ac ſpermatis corruptione oēs egritudines de replectione mulieres poſſe incurrere & ſic mani am atq; melāconiā ſatis conſtat aucte Illuſtrium medicoꝝ atq; aſſidua experientia id conſtante ut ſtpiſſime experti ſumus. modo ꝙ melanconici futura predicant & ipſis idiotis exiſtentibus poſt modū inualeſcēte morbo efficiantur. licterat multa & uaria dicentes ac ex/ tranea ſatis proferentes. quis ambigii & hoc abſq; ſpiritu maligno. Blaſius uero de palma philoſophus ſuo tp̄e preſtātiſſimus inq̄ſtioni/ bus de anima ubi excellēter diſputat de anime inmortalitate aſſerēs ſi non timerem ignem aliter dicerem Adducit de quodā ruſtico. ydio ta facto m̄lico & latina lingua multa proferente indiuerſis ſcientiis. Tandem uno ſemel in hec uerba prorumpit aſſerens poſt multa. lin/ gua iſtius ruſtici eſt adeo inepta quod uix poſſum eā mouere & tu cō ſidera eſt enim tanti uiri ſcientifici autoritas nō mediocris nec triuia/ lis ſed bene ponderanda.

ℂ Admirandum Septimum

SANATVM GENV MIRACVLO EVIDENTI.

Obertus Saluianus Bernardi filiius / & diui Dominici fra/ tris conſorcio iunctus dum in monaſterio uitam degeret geni culi/dexterioris abſceſſu grauiter affligebat. Quare me fami/

liari medico accuſito malum oſ̃dit. intumuerat enim genu: tantūq;
eleuabatur: ut humani capitis magnitudinē equaret: nocte pituoſum
& uapore plenum oſ̃debant. Hic chirurgica manu curatus bis iam ſa
nitatem fuerat conſequtus reuertebatur tamen id malum priore peius
Quare iudicauimus huiuſmoſcemodi egritudinem ubi iam inuetera/
ſci nullo modo citra uſtionem finiri poſſe. Tertius ille iudicio no/
ſtro ac propterea medice artis ſpe depoſita ad diuinum confugit auxi
lium. ¶ Erat eo tp̄e in eodem monaſterio uir ſimplex/& bonus fide
& charitate pollens dominicus eiuſdem religionis profeſſor per quē
deus plurima iam ſigna fecerat. hunc ipſe Robertus conueniens mi/
ſerabilibus primum lacrimis & precibus orat ut ſeſe ſuis apud deum
orationibus liberet: quod cum ille pro ſola hūilitate abnueret inſtat
iterum Robertus nec prius a lacrimis & importunitate deſiſtit q̄ dei
hominem flectit atq; exorat. celebratis itaq; ex more ac peractis miſſa
rum ſolemnibus: cum ad Robertum ipſum qui ſolus celebranti illi
miniſtrauerat cōuerſus fuiſſet geniculum deregit: & ſigno crucis ſuper
malum impreſſo: fiat inquit tibi ſecundum fidem tuam. Quibus uer/
bis omnis prorſus intra pauculos dies delicuit egritudo quod & nos
non ſolum uidimus: ſed propriis ut aiunt manibus actrectantes geni/
culum ipſum detumefactum ac penitus ſaneſcens inuenimus.

¶ Eliſianus Neapolitanus.

VIrtutem diuinam concurrere ad quem cunq; effectum ac me/
dicinalem operationē. nullus chriſticola ambigit: uniuerſi au/
tem medici proclamant ſolum deum ſanare langores omnes
ut Meſue inde medicinarum conſolatione / & princeps aboali in
principio ſunt operis in primis deo gtatias agamus &c̄. Huius autē
diuina uirtus operatur mediantibus cauſis ſecūdis que effectum pro/
ducunt in tp̄e & non in inſtanti nec inmediate quare pie eadē eſt uir
tutē diuinam ad id concurrere ſed non eſt neganda ſecundaria uirtus
caſuarū naturalium.

¶ Admirandum Octauum.

MIRACVLO LIBERATVS.

IVuenis quidam florentius nomine Gaſpar. dum circa precodia
ſagicta uulneratus ſpiculū conducere nititur: relicto mucrone arū
dinem tantum euellit quem cum chirugici omni licet ingenio

omniq; preſidio nixi auellere minime potuerunt in intima enim coſta adeo inſederat ut euelli nullo auxilio poſſit niſi coſta ipſa perfracta & uulnere ampliori facto: mortem pocius miſerabilem q̃ tale genus curationis ſubire malebat. Quare tandem indeſperactionem uerſus laqueo ſuſpendere ſe aut profluentis amno uel alto puteo precipitem dare cogitabat: quod & feciſſet niſi aſſiſtentes amici illum diligẽtiſſime cuſtodiſſent. interquos erat uir quidam marriottus nomine fide & probitate pollens; Hic hominem iugiter deprecabatur; ut deſperatione reiecta in manus pocius dei aquo eſt oĩs, ſalus: tam grande malum tradere conaretur huius tandem precibus flexus Gaſpar totus ad deũ conuertitur: non die nõ notte ab oratione ceſſans, donec inuaticinium prorumpens non nullos interim: qui ad eum uiſcendi gratia accederent dum adhuc proculeſſent Paulo poſt adfuturos prediceret. Quin etiam & ignotum quemlibet proprio quoq; nomine citans ad monebat aſtantes omnes. uti deum timerent & de ſalute ſua confiderent ſe enim non modo de ea deq; die & hora qua illam conſequi deberet certiorem factum eſſe. Sed & multa preterea eodem lumine preuidiſſe aiebat: ut profectionem ſuam Romam & mortẽ: exilium Petri medicis & fugam ciuitatis noſtre. Florencie anguſtias: & calamitates. Italie ſubuerſionẽ. Et talia q̃ plurima que breuitatis cauſa ſilentio preterimus: queque fere omnia magna ex parte iam impleta uidemus. nam & qua predixerat die atq; hora mucio ipſe ex uulnere ſponte ſua proſiliit. quo eiecto etiam uatacinari deſiſtit & Romã tandem per egre proficiſcens mortuus eſt.

## Admirandum Nonum.

## RVSTICVS PER ANNVM NIHIL BIBENS AB AQVA INTER CVTEM LIBERATVR.

Vſtico quem aqua inter cutẽ male habebat: opem noſtrã ex poſtulanti: ſanari illum cũ iam morbus inueteraſſet: minime poſſe rñdi: inſtanti tñ ut aliquod ſaltẽ conſiliũ ei preberemus ſubridens inquam amice ſi curari deſideras opus eſt ut non ultra bibas q̃ ut uitam ſubſtineas diſceſſit & anno per acto iterum reuerſus interogat an ipſum nouerim. nego me hominem noſce. At ille tua ope curatus inquit ad te reuertor ſcire cupiens an adhuc mihi liceat aliqd bibere cum hactenus per Annũ nihil biberim admiratus interogo quarẽ: & cuius conſilio: cui ille tuo in quam & rem omne ab inicio

narrat: iuſſi igitur paulatim uino aſſueſcere: ſed mero potius q̃ lim/phato: & eo ipſo auſtero ac tenuiſſimo: diſceſſit & curioſa potione uſus ad priſtinumq́ reuerſus ſtatum quam mecum familiaritatem primum contraxit eam adhuc in hanc uſq́ diem officioſiſſime ſeruat & colit.

## Admirandum Decimum.

## EX FRIGIDISSIMO EMPLASTRO STOMACO AD MOTO MORS SVBSEQVTA.

NOui medicum qui uel in curia uel magis ut arbitror in ſcitia emplaſtrum frigidiſſimum ſtomaco cuiuſdam uiri dum illũ uentriculi dolor ſatis mordax urgeret ſuper poſuit: putabat enim hoc auxilio dolorem ipſum tolli poſſe. uerum ille dolore fere ammoto: grauem tamen noxam precipiens redeunti medico expo/nit dolorem quidem remiſſum: ſe tamen inſpirandi difficultate ue/xari. Quod inſcius medicus paruifaciens iterum emplaſtrum. ad mo/nuit & ne tollatur etiam iubet. At eger dum aſſiſtentes imperata fa/ciunt paucis interim horis ſingultu premitur quo grauius grauiusq́ hominem affligante in horreſcunt illi membra. ex quo etiam paucis inter ceptis diebus mors ſubſequuta eſt q̃ medici omnes ex incuſſo ſtomaco. frigore proueniſſe iudicauerunt. ignorabat enim bonus ille medicus nullum princeps aut principi ſubſeruiens membrum ſolis frigidis eſſe curandum.

## Eliſianus Neapolitanus.

NOn parum uerenda eſt aproximatio uehementer frigido℞ tam principalibus membris q̃ ſtomaco deſeruiẽti principalibus eſt enim frigiditas inimica omnibus operationibus na/ture quare communi omnium phiſicorum uotu non ingreditur in nẽ operibus tum quia cum excedit eſt mortificatiua ſpirituũ uelut inſtrumentorum principalium ac deſeruiẽtium quibus mediãbus huiuſmodi membra ſuas perficiunt operationes. Itẽ exceſſiua frigiditas multũ ouia exiſtit neruis ac membris neruoſis modo ſtomacus eſt huiuſmodi & maxime fit impreſſio ab exceſſiue frigidis in forma emplaſtri aproximatis quare ex modo aproximatiõis maxime leduntᷣ quare &c.

¶ Admirandum vndecimum.

## EX FRIGIDISSIMO AQVE POTV VIR INTERIMITVR.

a Ntonius Parmenſis iuuenis admodum robuſtus cum ſub fer uentiſſimo ſole & magni eſtus tempeſtate pluribus diebus in itinere fuiſſet: ardẽtiſſima tandẽ febre correptus eſt: quare cũ uehemens ſitis eum urgeret frigidiſſima aqua epota intra paucas ho ras mortuus eſt.

Admirandum Duodecimum.

## DEFECTIO EX FRIGIDISSIMI VINI AVSTV.

BLaſius Senenſis noſter condiſſipulus dum longiuſculo tempo re ſub ardentiſſimo ſole pile ludo incaluiſſet: nec ſudore adhuc aut fatigatione remiſſus in ſubterraneum locum; ubi uinaria erat cellula deſcendiſſet frigidiſſimi uini calicem aurit quo epoto ſta/ tim deficit. Indeq; ut erat fere premortuus ad cubile delatus ac cali/ dis ut cumq; fomentis ſed non ſine graui noxa tandem licet egre reſo cillatus conualuit frigidiſſima.n.pocio alcius cordi inſederat.

¶ Eliſianus Neapolitanus.

MVltociens percepimus ex inmoderata uini aſſũptione ne dũ homines defectionẽ incurrere immo ſubitam mortem & ſi animi ipſa defectio ſit ſemita ad mortem cum enim ſit for/ tiſſimus penetrator ſecundum Gal. dirigit prauas materias uerſus cor & ſic repentine interficiet & ſi moderatus eius uſus releuet a ſincopi immo facit ad uite prolongatiõem. Huius enim ut eſt utiliſſimus mo deratus uſus ſic inmoderatus pernicioſiſſimus eſt oppoſitorum eadẽ diſſiplina eſt quid enim uino preſtantius cui uix equari deorum po/ tentiam poſſe arbitratus eſt Aſclepiades unde Ari. auidiſſimos eſſe uini omnes uiros fortes exiſtimauit hic enim cibos concoquit mero res leuat ſpiritus fouet mentem inſtaurat hic ſuccus poetas facit nam ſine illo nulla placere diu nec durare carmina poſſunt.

## Admirandum Decimumtertium.

### EROSVM CAPITIS OS.

Qvidam monachus ordinis beati auguſtini ex hiis quos cano/nicos regulares uocãt dum in monaſterio diui donati uitam ageret; ſemel mecum conqueſtus eſt affirmans capitis eius os paulatim indies eroſum iri; quod miratus caput detego; manu diligentius contrecto; frontem fere totam oſſe denudatam inuenio & quod maius eſt nullam incute ſumam nullam incarne noxam aduer/to; Rei cauſam queritans iudico acutiſſimo humore hoc fieri; qui ſora minulenta carne demiſſus nullam in ea uim faceret os uero; quod denſius ac propterea magis obſiſtẽs; eroderet non ſecus; at fulgur quod aurum illeſis interim loculis nõnunq̃ liquare ſolet. At monachus ille cum maior iam oſſis ipſius pars eſſet eroſa & nullo proficeret auxilio paucis annis uitam finiuit.

## Admirandum decimumquartum.

### LAPIS EX INTESTINIS EIECTVS.

MArioctus Palla pharmacopola. cum inteſtniorũ dolore uexa/retur; eiuſq; uenter nihil fere & id quidem egre atq; liquatũ rederet; pluribuſq; hominem medicamentis aluum ducẽtibus & cliſteribus curaſſent medici & morbus nihilominus inualeſceret ad aliud auxilii genus conuerſi. totum ipſius aluum humidis fomen/tis emolliunt nec prius ab incepto deſiſtunt q̃ ille ſic lotus lapidem inſtar columbini oui aluo prohicit qui quidem lapis inteſtino ſubſiſtens & intra magna ex parte obſtruens licet ideo deduci nõ poſſet q̃d inteſtino tuniciſq; eius deligatus eẽt; uł ꝙ ipſius craſſioris inteſtini aliqua forte inhereſceret cellula; medicamentorũ tamen preſidiis & expultrice adiuuante uirtute tandem propulſus eſt.

Eliſianus Neapolitanus.

Refero me ad id quod dixi in tertio admirando de mente Arandi ac pedimontenſis franciſci defluxu lapidũ ex Ani regione.

## Admirandum decimumquintū.

### EREA ACVS PER FORATO STOMA-CO EXTRINSECVS TRVDITVR.

DEuorauerat mulier quedam eneam acum: nulla inde noxa per ceptaintegrum annum ita ut erat: ſana permāſit. quo per acto cepit dolor ſatis acutus mulierem ipſam circa uētriculum ur gere. qui dum eam magis magiſq; indies affligeret plures conſuluit medicos: nihil tamē de deuorata acu q̄ penitus obliuioni tradiderat: referēs. uarie fuerūt hinc inde ſentētie. Alii enim ab acutiori humore Alii a uento inter tunicas ſtomaci recluſo ceteri uero ex malo habitu excitari hoc malū putabant. cumq; omni quo poterat ſtudio & diligē-tia curata ſanitatem nullo modo conſequi poſſet: medice artis ſpe de poſita tollerare id malum ſatius duxit q̄ perpetuis medicamentis ina niter uexari ſicq; annis iam decem urgēte dolore. miſeram uitam tra hebat tum ecce acus illa terebrato uentriculo e paruo de miſſa fora-mine proſiliit nos autem & acum uidimus & mulierem curauimus que paucis inde diebus unitate uulneris facta impriſtinam ſanitatem reſtituta eſt.

## Admirandum decimumſextū.

### OB INCVRIAM ALEPRA LIBERATVS.

MEmini onofrium tedaldum pro mortuo a medicis derelictū incidiſſe in manus noſtras: nō quidem ut curaretur id enim factu impoſſibile uidebatur ſed ut ſatis amicorum opinioni & egro ipſi fieret: lepra hominem male habebat: febricula in ſuper ur gebat. q̄ quod ſolidas animalis partes occupās quaſi habitū inducat gre ci eticham uocant tantum que inheſerat ſolidis membris: hec febricu la ut macie & tabe conſumpta carne nihil niſi pellis & oſſa ſuper eſſet quin & in neruis cruriū tanta item contractio facta erat: ut calces natibus inhereſcentes extendi nullomodo poſſent indulgens itaq; ho minum uoluntati. permicto ut omnibus omniſſis legibus ſuo arbitrio uiuat: A duentante igitur uere cum iam nux plurima tenuiori cortice ueſtiretur: his ueſſi cepit & cum oē aliud cibi genus faſtidiret non una alteraue contentus etiam ſuper centum ſingulis diebus comedebat

pane licet medico adiecto. Quo factum ut & uenter fluere ceperit & ſtomacus nihil continere ſitq; fruſtula integra deicit ut concoctio nulla in eis appareret hoc itaq; incurioſo & licentiori uictu uſus ad eſtatem uſq; proceſſit. Quo tẽpore citrullos angurias peponeſq; comedẽs nullũ preterea aliud cibi genus deuorabat: ſed & ea cruda & incotta omnia deiciebat: peracta autem iam fere eſtate refici cepit & corpus quo quomodo reſumptum ad habitum ſuum reuertitur. Quo ad ſicco & calido morbo humidis & frigidis pſidiis ſuperato: quem ratio & diligentia curare non poterat: incuria & temeritas ad preſtinam redigeret ſanitatem.

### Eliſianus Neapolitanus.

Nterdum incouenienѕ cibus uſitatus conuenientior efficitur ipſe nature bono uſitato & eo maxime cum uehementi deſiderio ad illum natura inſurgit excellens enim apetitus maliciam corrigit iuxtra ſnĩam diui Ipocr. ſecunda affõrꝫ parum deterior cibus &c̃. quo fit ut natura maiori cum auiditate ac conatu illi applicetur & ſic natura parum uigorata in dies reſumit uires: modo fortitudini uigoriq; uirtutis nihil impoſſibile in expellendis nocẽtibus ut Gal' teſtat' & eo magis cum nocentia ex una parte per manifeſtas qualitates ipſi morbo aduerſantur curatio. n. contrarietate perficitur quare &c̃.

### ℭ Admirundum decimũſeptimum.

### ACTONITOS FVLMINE.

a Ctonitos fulmine patrem & filium uidimus: quorum corpus & mens ſtupore quodam tenebantur adeo ut diſſolutione neruorum: quam greci apopleciam uocant: affici eos crederem cumq; ad ſeptimum uſq; diẽ fere abſq; cibo & potu quin etiã muti & ſine ſenſu uitam miſeram traherent: ex uena demum q̃ medici nigram uocanti, ſanguis emictitur aluus ducitur corpus plurimis frictionibus diſtringitur ac tenuiſſimis iterum cibis ut cunq; alitur: donec paulatim refecti ad priſtinam tandem ſanitatem reuerſi ſunt.

### Admirandum decimumoctauum.

### SAGICTA CARMINIBVS EVVLSA.

NIhil tam facile incorpore. q̄ ſagitta cōditur : & eadem ſepius altiſſime quod & in milite uidimus cui telū dextra parte pectoris illlatum ſiniſtre ſcapule oſſi: uſq; adeo inheſit ut & multi mucronem euellere fruſtra conati ſint: nam redire tam longo ſpatio minime poterat abſq; carnis & uenarum neruorumq; laniatione ꝓpterea quod utrinq; ſpicula ipſum cingerent nec etiam contra carne inciſa euelli telū poterat: cū os ſcapule: cui inſederat: magnum amplumq; obſtaret. quare medice artis preſidio deſtitutus . cum id citra mortis periculum fieri non poſſet: aduocat ariolum : qui duobus digitis plage ſuper poſitis & carminibus neſcio quibus in ſuſuratis telum ex oſſe redire iubet: quo & ſi abſq; egri corporis noxa non tñ ſint utriuſq; anime diſpendio obtemperante miles ille paucis poſt diebus rite curatus conualuit.

¶ Eliſianus Neapolitanus.

¶ Remicto me ad differentiā conſiliatoris. clvi. qua querit ſi precantationes conferant in cura ibi enim multa egregia pertractātur inmateria etiā ut medicus.

¶ Admirandum Decimūnonum.

## NATVRALIA CLAVSA INCISIONE CVRANTVR.

NAturalia feminarum interdum claudi certum eſt . id autem aut ꝓtinus in utero matris fit: aut ulceratione illaꝝ partiū: dū .ſ. ex in curia medici ſanaſcendo oris inter ſe ſe conglutinatis iunguntur. incidit in manus noſtras puella quedam. iam matura uiro: iam plenis nubilis annis: cui narutalia ipſa clauderentur. qne cum ego huiuſcemodi malum curaturus inſpicio uideo membranulā quādam: que ipſi uulue ori opponeretur: quare duobus lineis que inter ſe ſe tranſuerſis eam incido ſtatimq; tanta ac tam ingenti impetu nigrior materia profluxit: ut grande lumen quod tunc miniſter admouerat: extinxerit: menſes enim preteriti intus tenebantur qui & dolores etiam ſingulis menſibus excitarent. inciſa itaq; membranula ipſa quicquid ex ea intus ſuperfluit hamo apprehendo amputoq;. tum reliquum cure ex aliorum ulcerum more proſequutus haud multis poſt diebus puellam ipſam ſanam atq; conuengio aptam relinquo.

¶ Admirandum vigeſimum.

## EMORTVVS FETVS VNCO EXTRAHITVR

MAturo partu intus emortuo periclitabatur uxor piſtoris mei: quare euocatum me rogat: ut deficienti illi quoquomodo opē feram. ego uero reputans huiuſmodi curatiões inter difficilimas annumerari & ſummam prudentiam ac moderationē deſiderare. preſertim & quod ita fetus tranſuerſus iaceret ut ne manu quidem intra uuluam ingetta dirigi incaput aut impedes poſſet: & ꝙ imus uenter iā frigiſſent de ſalute eius dubitare cepi. uerū hortāte me coniūge ac ceteris aſſiſtentibus: ut nullum intentatum relinquerem. auxilium: uncum uertebris dorſe infantis iniciens paulatim extrahere nitor. ſed obſtabat oris uulue cōpreſſio & ceruix toto corpor̄ replicata augebat ēxctionis difficultatē: Quare calido oleo nālia foueo quo paulatim hi ante uulua fetum educo mulieremq; fere mortuam molli cubili recreo & oportunis demū preſidiis curatā priſtine ſanitati reſtituo

¶ Admirandum vigeſimumprimum.

## NATVS ANO CLAVSO.

VIdimus duos pueros ab utero mr̄is natos naturalibus clauſis: horum alteri caro quedā in āno altius increuerat: adeo ut inteſtini exitus percipi nullomodo poſſet quo facto ut paucis diebus uitam finierit: Alteri uero membrana quedam ipſius tantum ani ori opponebat: ſed ea acutiori ſcalpro preciſa ſtatim ſanatus eſt, puer

¶ Admirandum vigeſimum Secundum.

## INTESTINO TENVIORI CLAVSO VITA FINIT

STomacho longa & plura uicia tum ex aliis mēbris tū humoribus ſibi innatis accidere conſueuerunt unde & nos uirum nouimus quinquagenarium qui ex preterita egritudine: quam colim cā greci uocant in qua ſimul & deiectio & uomitus accidunt inteſtinaq; torquentur & bilis acram ſupra infraq; erumpit imperpetuum & ut experientia docuit: penitus inſanabilem inciderat uomitū: unde

& ſtomacus paucis admodũ horis cibum continebat:& aluus preterea nihil omnino reddebat ſiue his leuibus ſiue etiam acribus medicamẽtis urgeretur aſſumebat enim cibos leuiores & ad coquendum faciles. quos ubi aliquot horas continuerat: quicquid ex his ſuper erat: euomebat. A lebatur autem parte tenuiori quã uene a uentriculo actrahebant. Sicq; miſeram quidem ſed non longiuſculã uitam.duxit. Huius uero nos morbi cauſam indagantes putauimus eam inteſtino tenuiori figi:eoq; adeo obcaluiſſe ut cum incoctus cibus ad iecur totus penetrare non poſſet retrocederet & uomitu tandem expelleretur: id quod mortuo eo experimento comprobare uolentes corpus incidere tentauimus ſed neſcio qua ſuperſtictione negantibus.cognatis uoti cõpotes fieri nequiuimus.

¶ Admirandum vigeſimum Tertimum.

## MONIALIS INTESTINORVM DOLORE MORTVA

IN cenobio diui donati quod in agro pulueroſe eſt religioſa mulier & eius cenobii profexa fuit que inteſtinorũ doloribus multis iam menſibus urgebatur & aluus nihil niſi egre & durum idq; tantũ:decimo quoq; die redebat cunq; nullis conferentibus auxiliis diu multum q̃ hoc malo uexata.tandẽ nature conceſſit. mortue corpus incidendum curauimus & inuenta ſunt inteſtina alciori callo conſtricta adeoq; iter anguſtum relinquebatur ut deiectiones egre traſmicti poſſent: hoc tamen uos malum propterea quod aluum prementi neſcio quid durum renitebatur etiam ea uiuente preſenceramus.

¶ Admirandum.vigeſimum Quartum.

## STOMACVM OBCALLVISSE.

a Ntonius brunus affinis meus:cum emanducatum cibum breuiori q̃ par fuerat temporis ſpatio contineret & ita ut erat incoctum reiceret: omnibus medicamentis: que ſtomaci uitiis adhiberi poſſunt diligentiſſime functus eſt uerum cum ea nihil omnino proficerẽt & corpori ob in opiam alimenti iam aſſumpto uix pellis & oſſa ſuper eſſent gradatim tandem ad mortem deductus eſt.qurae defunti cadauere publice utilitatis gratia inciſo inuẽtum eſt hominis uentriculum ita iunctis horis ad imam eius partem obcallutſ

ſeut cum nihil inde ad inferiora tranſmictere potuerit neceſſario mors ſubſequuta ſit hec ille.

¶ Admirandum vigeſimumquintum.

## CALLVS INVENIS MESARAICIS:

PEtrus Aldimarius filium habuit. Qui cum octauum. Iam ageret annum: in corruptum incidit appetitum: quo calculos ruderaq; comedens in lentam tamen febriculam deuenit. Indeq; procedente tp̄e & uentriculus non continere & uenter fluere cepit: Adeoq; duobus his malis uexatus eſt puer: ut paucis etiã diebus euita deceſſerit. huius nos cum annuenate patre emortuũ corpus incidiſſemus: repertus eſt callus inter uenas quas meſeraicas appellant aquo cũ uene ipſe adeo obſtruerentur oẽs: ut ferri inde ſanguis ultra non poſſet: neceſſe fuit puerum euitare migrare.

¶ Admirandum vigeſimumſextum.

## ANGINA INCISA.

ANgina laborabat Nicolaus rota ſed nullus tamen rubor uel intus ingula uel extra uidebatur & ipſe nihil hominius uix ſpiritum trahens quicquid preterea edendum ſumeret per os ſtatim per nares reiciebat. Quare cum areſcente corpore. pallente iam facie & uertentibus oculis ſpes omnis ſublata eſſet & medici quibus cura demandata fuerat egrum amplius non adirent. me licet iuniorẽ conuocant egrum oſtendunt & quecunq; acta fuerant exponunt At ego cũ & egrotũ ipſum ad mortem tendere & medicos quecunq; oportuna fuerant preſidia adhibuiſſe intelligerem cepi ipſe mecum cogitare. ſacius ne eſſet egrum ipſum deo & nature ut ceteri medici incuratum dimictere an aliquod licet inſolitum: utile tamen auxilium experiri uerum ad hortantibus hiis qui egro aſſiſtebant conſilium capio: & locum alcioribus plagis ſub ipſis maxillis ac etiam ſupra collum incido ex quo cum ſanies multa prorumperet adeo morbus leuatus eſt ita ut faucibus ipſis ſpiritum ſimul & cibum capientibus facilis deinde ad bonam ualitudinẽ egro ipſi darretur regreſſio.

c Vm eſſem ad ſeruitia Illu. Aloiſii Cardi. Aragonie Sulmone aduentante Rege Carulo in regnū. Neapolitanū incidi infe/bre cōtinuam proportionalē cōplicatam cum indiſpoſitione catarrali & ſic male me habui per plures dies cum autem parum con/ualeſcerem licentiam petii a Reuereñ. dño qui Calabriam uerſus ha/buit iter ego uero mea cum neutrali diſpoſitione Neapolim acceſſi ubi angina infeſtiſſima laboraui pluribus diebus. & multi medici pre/cipui aderant inuiſitatione noſtra qui nihil pretermictentes de auxi/liis commendatis a doctoribus noſtris continue male habebam. ita quod aque guctam uix trahicere poteram & piſtum ſatis liquidum maxima: cum difficultate. & imparua ſatis q̄titate aſſumebā: & quaſi diſperatus ueni ad id quod dici conſueuit una ſalus uictis eſt nullam ſperare ſalutem ſic miſi aduocādū bernardū catalanū chirugicū preſtā/tē cui me ſummo opere cōmendaui ac uitam meam ſuis inmanibus poſui erat enim noſter diſcipulus cariſſimus in lectione urinarū & pul ſuum. Hic enim magna cum diligentia appoſito inſtrumento ad hoc deputato hoc eſt ſpeculo oris uidit tumorem ſatis notabilem in infe/riori parte faucium qui tumor uerſus quandā partem ceperat de albari ſed nō audebat cum ferreo inſtrō inuadere negotium. ego autem quia in ſumma neceſſitate erā. cepi dare uires diſcipulo ut paruā inciſionē faceret uerſus partē illam magis aptam & ſic factum eſt ex qua inciſio ne magna q̄titas uirulētie & ſaniei educta eſt. quare per manus dilecti diſcipuli anginā infeſtiſſimā & mortē ſimul euaſi.

## ¶ Admirandum vigeſimumſeptimum.
## ELEVATIO STOMACI.

a Nnum ſextum decimum agenti petri guicciardini filio ita ceruix uentriculi ſine ullo doloris ſenſu eleuabat ut magnitu dinē pomi cidonei equaret nec manifeſta cauſa oñbatur cū oī nocumento careret quare rem admodum diligentius ueſtigare cepi ad miratus que nam abdite huiuſmodi rei cauſe eſſe poſſent ſed cū nul lā prorſus preter uentū inuenirem a quo uentriculi capite paulatim ele uato ita eiuſcemōi fieret tumor ut oſſa etiam talem ſitum adepta nec ultra ad priſtinum ſtatum reuerſa figuram iam illis impreſſam tanq̄ naturalem cuſtodiēt. Ferrea demū lamina que ex cingulo ſurgebat fer/reo ſtomacum comprimi iubeo. quo paulatim ad ſedem ſuam retro

cedere cogeretur:quod factum eſt nam haut multo poſt hoc uno tan/
tum preſidio ita repreſſumus eſt tumor ille ut ad priſtinam ac natura
lem formam ipſius uentriculi ceruis penitus reuerſa ſit.

¶ Admirandum Vigeſimumoctauum.

## MENSES VOMITIONE PROIECTI.

VRgebatur mulier acerbiſſimo capitis dolore propterea quod menſtrua non prouenirent: uerum his demum uomitione propulſis illico ſublatus eſt dolor. ſed cum iterum iterumq; ac ſepius factitaſſet: abhorrens tandem mulier ab huiuſcemodi uicio auxilium noſtrum expoſcit qui ſola ſanguinis miſſione ex uenula:que ſubtalo eſt & meſtrua ipſa ex naturali loco rite profluere coegimus & quod ſequens eſt mulierem ipſam priſtine ſanitati reſtituimus

¶ Admirandum Vigeſimumnonum.

## PVRE PER VRINAM DEDVCTO SA/NATVS EST PLEVRETICVS.

o Ritur ſepe in lateribus morbus:qui pluretícus a grecis nomi/natur. Huic tuſſis & febris accedit & ex creatur cum pituita ſanguis:graue profecto ac pene intollerabile malum. Hoc cū affligeretur Antonius quidam & morbus iam ad maturitatem perue niſſet euacuato per urinam pure:quod raro contingere ſolet penitus ſanatus eſt eger.

huius uide Tom Ant. Fallop[illegible] [illegible]

¶ Admirandum Trigeſimum.

## EX TABE SANATA SOLA SANGVI/NIS MISSIONE.

a Nno integro remorantibus menſtruis mulier ad ſummam de ducta eſt maciem & uene eius obnimiam plenitudinem ni/nigriores facte admodum extendebantur cumq; nullum cibi genus deſideraret:conſequens fuit ut totum tabeſceret corpus. qua/re preſentaneum auxilium iudicauimus ſanguinem mictere;qui cum primo die nigrior effluxiſſet iubeo & altero id ipſum fieri . quo lon ge clariore emanante factum eſt:ut pfluentibus deinde menſibus mu

ſier que per annū macit & tabe afficiebatur: idoneis tandem medicamentis reſumpta ad priſtinam facile redierit ualitudinem:

## Admirandum Trigeſimumprimum.

## AMISSA ATQVE ITERVM RECVPERATA MEMORIA.

EX preterito morbo conualeſcens Antonius quidam ſeneſis: quecunq; memoria fixa tenuerat ita prorſus oblitus eſt: ut ne rerum quidem nomina reminiſceretur: dū que Florētie eſſet, ſenis ſe eſſe putabat ſed ne amicos quidem ab inimicis diſcernebat quos etiam inmutatis nominibus uocitabat: quare eo uelut prorſus amenti atq; deliro nature dimiſſo. cum uigeſimo iam die hoc malo angeretur cepit uenter fluere uariaq; & diuerſa ſtrigmenta. ſanguinem bilē uiridem muccoſaſq; deiectiones deponere quo factum ut mens ſimul & memoria redditent licet nihil eorum que ipſe interim geſſerat recordaretur.

## Admirandum Trigeſimumſecundum.

## EX DISTENSIONE NERVORVM MORS SVBSEQVTA.

Ictere ſanguinem ut expeditiſſimum perito eſt ſic ignaro periculoſiſſimum. iuuenem uidimus cui cum ex brachio ſanguis mitteretur & neruū ſcalpellū actigiſſet ſtatim ſecuta eſt neruorum diſtenſio que hominem ita crudeliter afflictauit ut paucis etiā diebus laboranti illi uitam eripuerit.

## Admirandum Trigeſimumtertium.

## EX INCISA ARTERIA FERE MORTVVS.

Rtaut aſſolet inter cōmenſales lite, cum quidam conuiuis arreptū calicē in alfonſi hiſpani familiaris nr̄i faciē pieciſſet & iciſa arteria ac cute dilarcerata ſanguis copioſior erūperet m̄lta quidem ſed fruſtra ad hibita ſunt medicamenta: cum ea ſit arterie ipſius condictio ut inciſa choite aut ſaneſcere citra uſtionem non poſ

fit;quare cum ſanguis ipſe eo citra uehementius profueret.quo plura experirentur auxilia:& homo iam uenis exhauſtis prorſus deficeret ad me tandem micłit rogantes ut ſi fieri poſſet amicum a morte preri/piam.uenio igitur ad eum.uulnus inſpicio uirtutẽ probo: nullum ſu/perflue preſidium iudico preter uſtionem ſolam.quare ea quapotui di/ligentia inciſam arteriam candenti ferro inuro: & ſtatim ſuppreſſus eſt ſanguis quo inhibito reliqum cure facilem ſatis & expeditum ha/buit ad ſanitatem regreſſum.

## ¶ Admirandum Trigeſimumquartum.
## PESTILENTI FEBRE ARREPTVS.

PHilippus ſtrozza & nobilitate generis & opum affluentia inſignis.lenta quadam febricula laborabat & ex medicis qui egrum uiderant alii quotidianam ſed leuem.alii ob algorem cõtractam febrẽ putabãt nec defuit qui crederet a capite diſtillaſſe ma/teriam que putreſcẽtem febriculã gigneret: ad nos cum eam ipſam di/ligentiori examine perpenderemus peſtilentem iudicauimus quam ſententiam deridentes medici cũ leuatam iam febrẽ exiſtimarent late/bat.n. ãguis in herba familiari tm̃ medico curã dimictũt. at eger q iã conualuiſſe uidebatur aduentante die ſeptimo in neruorũ ſubito reſo/lutionẽ & febrem incidit ardeſcentem;quia exauſta uoce & corporis uiribus conuulſis paucis etiam diebus mors ſubſecuta eſt;magna igiť debet eſſe medicorum circũſpectio incognoſcendis curandiſq; mor/bis ne inſcicia ut ſepe fit atq; indiligẽtia eorum egri ipſi qui ſe ſe illis penitus tradunt atq; commictunt periclitentur.

## ¶ Admirandum Trigeſimumquintum.

## CLAVDVS EXLOCO EMINENCIORI CADENS LIBERVM RECIPIT GRESSVM.

NIcolaus Architectus cum de eminenti turri preceps ruiſſet tã/tum affuit ut ex tam ingenti caſu incomodum aliquod re/portarit. ut antea altero claudicaret pede: recte deinceps ambulauerit Quin & puerum uidimus;qui peſtilẽti morbo correptus curatuſq; idem malũ effugerit nam ubi prius adeo utroq; pede claudi/caret ut niſi duobus fulcitis baculis omnino incedere non poſſet.cura/tus libere.i.ſine aliquo adminiculo incedebat.

## ℂ Admirandum Trigeſimum ſextum.

## SCORPII MORSV GLACIE SE OP PRIMI QVEREBATVR.

FAmulum habui qui ſcorpii morſus tanto ſubito ac tam frigido ſudore toto corpore perfuſus eſt: ut algentiſſima niue atq; glatie ſeſe opprimi quereretur. uerum cum algenti illi ſolam tiriacam ex uino potentiori exhibuiſſem illico curatus eſt.

## ℂ Eliſianus Neapolitanus.

a Rege Federico in ciuitatem Acerrarum miſſus diſtantem a ciuitate Neapolis ſtadiis quatuor & ſexaginta. in quadam antiqua arce orbiculari aquis magnis circundata. inueni duos nobiles ſatis male habentes curiales optimi Regis dicti. quibus eadem ueſperi adibitis pluribus auxiliis ut conueniés fuerat in caſu aſſignata mihi fuit quedam camera cum cubili. ad quod paucis poſt horis quieſcens parum dormire potui quia continue incoſſis meis ſenſiebam aliquas leues punctiones. ac de ambulatiuos motus quibus ſic continuati ſepi dubitare & uocaui famulum ut cito lumen ſeu candelã portaret quo ueniẽte ſtatim a cubili ſurrexi. & inueni duos ſcorpiones magnos ſubcoxis meis quibus ecubili protectis & interfectis redii ad cubile non percipiens adliud nocumẽtũ non. n. poterant mihi nocere propter lapidẽ bezearidicum cũ figura ſcorpionis anulari digito meo affiſtẽtẽ dequo mirãda ſatis notantur ab hali in com. Tholomei & tu ibi ſed ad cautelam accepi aliquando parum de tiriaca alexandrina quandoq; uero de Mitridato electo & dei nutu illeſus euaſi.

## ℂ Admirandum trigeſimumſeptimum.

## MVLIER FERE MORTVA EX SANGVINIS MISSIONE.

MVlierem uidimus que cum pleniori & obeſo eſſet corpore. & in ardeſcentem incidiſſet febrem uſa cuiuſdã imperiti medici conſilio: ſanguinem ex uena copioſum emiſit: quo ſtatim grauiter afflictata in multo deteriorem prolapſa eſt ualitudinem. nã ut intenuioribus magis ſanguis ita & implenioribus magis caro abun

dat;nos igitur cū ad mulierem uocāt: eam ſummo indiſcrimine poſi tam inueniremus alias omnino abſeruationes adhibendas cēſuimus: eas uidelicet ad quas dirigi curātis cōſiliū debet. quare defectā dū dum uirtuté oi genere auxilii reſumo donec corporis uiribus redeuntibus materiam:q̄ exuberare cognoueram: medicaméto deponendam cen ſeo quod cum ex frigidioribus rebus egrotanti exhibuiſſem: illico ex tincta eſt febris:& mulier de cuius iam funere cogitabatur perdei gra tiā rite curata conualuit.

## ¶ Amirandum trigeſimumoctauum.

## EX QVARTANA MALE CVRATA SANITAS: TVM ET MORS SVBSEQVVTA.

Villicus noſter. annuā quartanā paciebatur:& cōſilio neſcio cu ius emperici faſelū exomphacino & allia uſq; ad ſacietaté deuorās:ad uiginti inſuper uini meri calices ebibit:quo adeo inflatus eſt:ut e foco prope qué cenauerat a moueri penitus non poſ ſet. quare ſtrato humi palio quo induebatur ibidé pernoctauit:matu tino autem aduentante tempore diffuſus per omnia membra ſudor eſt:quo finito:uomitu quicquid comederat reiecit: & cum eo pitui toſa excrementa q̄ plurima:quo factum ut & quartana quoq;: qua in tegrum iam annum laborauerat:extruſa: ualitudinem ſit conſequtus: quam quidem rem ualidioris nature ui acceptam referendam arbitra ti ſumus:nam amota iam cruditate:& humorum concoctione longio ri ſpatio perfecta:natura que ſua pigritia torpebat: ab ignauia & tor pore propulſa contra morbum & cauſas uires excitat:quibus tandem ſudore ipſo atq; uomitu.& morbum & errorem diſierit. quod profe cto eadem febris comprobauit. nam cum quatuor poſt annos homi nem iterum inuaſciſſet & ille putaret eodem poſſe ſe auxilio febrem tollere quo olim fecerat, ſtatim hoc eſt inter morbi ipſius initia dum .ſ. cruda eſſet adhuc ipſa matereria atq; incocta pleniori ut cum uictu & potione abundanciori ex iiſdem quibus ſupra rebus ab uſus ante ſolis ortum eodem quo decubuerat loco mortuus inuentus eſt.

## ¶ Admirandum trigeſimum nonum.

## DIFFICVLTATE SPIRANDI MORTVVS.

MVltos difficultate ſpirandi laboraſſe cognouimus ſed inter ceteros quẽdam: qui non niſi recta ceruice ſpiritum trahens paulatim ex anguſtia deficiente uirture toto corpore palidus ac liuens efficiebatur: nullus tamen impectore nullus imprecordiis dolor erat: ſed nec ſibilus aliquis ob ãguſtias per quas ſpiritus euadit percipiebatᷣ. ex quo iudicare poſſes egriditudinẽ in pectore concipi uerum cũ paucos poſt dies in ualeſcente morbo ipſo & nullis cõferẽtibus preſidiis eger euita migraſſet: incidere mortuũ decreuimus ut huius mali abditas ac latentes cauſas deprehenderemus: quod ubi factum eſt inuenimus nõ parũ a tre bilis & ſanguinis nigrioris in eius corde coiſſe: unde etiam per uenas diffuſus non eſt mirum ſi corrumpente eo ſpiritum ipſum: hominem ad feſtinam mortem deduxerit quod etiam autore Galeno alias contigiſſe cognouimus.

## ¶ Admirandum quatrageſimum.

## PVER HORRORE MORTVVS.

P Verum nouimus: qui dũ rure paterno: degeret ſingulis que diebus aduicinum ſacerdotem ſtudendi cauſa ut fit: ſummo mane micteretur apatre: accidit: ſemel ut prope iam intranti illi ſacerdotis ipſius edes: eſſetq; celum paululum ad huc ſub obſcurũ preſto fuerint duo uiri nigris ueſtibus obuoluti. quibus adeo perteritus eſt puer ut toto corpore contremeſcens altaq; uoce auxilium clamitans in admirabilem ſane egritudinem ac demum inmortem inciderit nam ſtatuto tp̄e. i. octauo quoq; die & eadem ferme hora in eũdem ferme horrorem atq; clamorem proruebat donec tabe conſumptus uitam que nullis preſidiis contineri potuit miſerabiliter finiuit.

## Admirandum Quatrageſimumprimum

## ICTVS IN TVNICA CORDIS CONVALVIT.

EX nobili familia nati fratres duo: eadem etiam cohabitantes domo: atq; eodem uictu uiuentes dum intercenandum orta ut fit inter eos lite: alter alterũ gladio quo in menſa uteretur in ipſius cordis ſede pcuſſiſſet: plurimuſq; ex uulnere ſanguis efferreretur lãgueſcunt illico uene. pallet facies: ſudor frigidus toto corpore manat

arterie non eleuantur: omniaq; demum mortis ſigna apparent.uerũ ne hihil omnino agerem:iubeo hominem his rebus foueri quibus cor dis uires refici poſſint:cunq; eger uſq; ad mediam noctem eodem ſe ſe habitu haberet & de eius potius funere q̃ de uita cogitaretur cepit paulatim ſpiritus reuerti quare ſumpta ſpe curã proſequor donec aliis atq; item aliis preſidiis uſus:hominem tandem deo adiuuante ad pre ſtinam ſanitatem reduco:ex quo plane cognouimus non ictum cor: ut putebamus ſed eius tantum tunicam leuiter fuiſſe preſtrictam.

¶ Admirandum quatrageſimum ſecundum:

## VICIVM STOMACI CVRATVM.

INter ſtomaci uicia uulgatiſſimum eſt reſolutio:que uel calidio/ri:aut frigidori:humidiori ue:uel etiam ſicciori habitu plerunq; ſolet accidere nobilis quidam uir Ioannes nomine ciuis Neapo politanus cum diu eiuſcemodi uicio laboraſſet. & ex medicis noſtri ſeculi plurimi hominem curandum ſuſcepiſſent nullum tamen inue nire auxilium idoneum potuit.quare cum florentiam demum ueniẽs me conueniſſet & que actenus ex medicorum peritoꝝ conſilio huic uicio adhibuiſſet: ordine enarraſſet:ex hiis quibus uſus eſt preſidiis facile cognouimus exiſtimaſſe medicos omnes eũ malo habitu.fri gido laborare: nos uero exprecedenti curatiõe & aliis aut ſane obſcu ris indiciis longe aliter ſencientes. calidiori habitu.eius affici uentri/culum arbitrati ſumus:quare ad ea auxilia conuerſi que arridum iam ac tabe pene conſumptum corpus deſiderare uidebantur primo die ſo las lattuculas ex aceto & oleo conmanducare precipimus quas cum uti les ſtomacho atq; idoneas percepiſſet.iubeo dimictat balneum : fri/ctiones:exercitatiões:preſertim ſuperiorum parcium unctiões omnes & cibos calidiores quibus hactenus uſus fuerat & ad frigidos potius ac difficilioris concoctiõis ſe ſe cõuertat. unde & ueruecem magis q̃ auẽ aut uenationem uel piſcem niſi ſit generis durioris.in hac ſua egritu tudine con laudo/ potui quoq; aptiſſimum illi uinum frigidum & au ſterum in eptiſſimum calidum & craſſum eſſe pronuncio:quibus cũ ille auſcultaſſet ac diligentiſſime ea executus fuiſſet.hoc tantum gene re uictus & frigidioribus medicamentis uſus infra duos menſes priſti nam recuperauit ſanitatem.

¶ Admirandum quatrageſimumtertium.

## QVI EX NIMIA PLENITVDINE MORI VIDERETVR SOLA SANGVINIS MISSIONE SANATVR.

PLurimum in morbis iudicandis tribuunt uenarum pulſi qui ſi inbecilli exiguiq; fuerint mortem plerũq; denunciant ſin cõtra magni & plenioris ſalutis ſpem afferunt;nostamen philippum quendam uidimus.hominem ſane ebrioſum & corpulẽtum. cuius pulſus dum languens in lecto iaceret ita paruus & exilis erat ut cum a medico percipi uix poſſet facile crederes mortem inſtare:facies rubicundior;oculi dentes & uene pleniores iudicio prudentis medici obſtitiſſent:quare tanti mali cauſam diligẽtius perquirens indico id obnimiam ſaturitatem ſanguiniſq; abundantiam fieri;nullumq; oportunius adhiberi poſſe auxilium q̃ ſanguinis ipſius celerrimam miſſionem.ſed obſtabant cognati atq; amici;uerentes ne huiuſcemodi preſidium hominem celcrius occideret inſtanri tamen mihi ac certam ſi id fieri permicterent ſalutem policenti;tandem acquieuerunt. quare accerſiito ſtatim miniſtro ſanguis mictitur. nec mora pulſus ſimul & uires tã celeriter reddeũt ut feſtinatior affuerit ipſa ſanitas q̃ mors que pro foribus excubare uiſa eſt affutura crederetur.

¶ Admirandum quatrageſimumquartum.

## PVELLA OCVLO PERFORATO VISVM RECVPERAVIT.

QVatuor annos natam puellam uidimus.cui dum ea nodũ impanno ſoluere acuto gladio niteretur . reſiliens mucro oculum dextrum percuſſit quo perforata ipſius oculi tunica plurimus ſtatim inde fluxit humor.quare & ſi uiſum prorſus a miſerit ipſum tamen aut multo poſt rite curam recipit.tanta enim in eſt uis tenelle illi etati ut hunc ipſum oculi humorem quod ſepe accidit in integrum reficere poſſit.

¶ Admirandum quatrageſimumquintum.

## SCISSO INTESTINO GRACILIORI VITA AMICTITVR.

TEnuioris inteſtini morbo:quem greci ileon uocant : urgeri commune eſt:ſed urgeri:ut ſic uitam tollat.in auditum ; cor/ puléta quedam mulier cum modo ſupra:modo infra umbil licum intollerabili premeretur dolore nec ullus hinc inde ſpiritus erũ peret adeo agitata eſt ut ſciſſo tandem inteſtino uitam finierit : quod niſi inciſa mortua pluribus innotuiſſet neſcio an citra mendatii ſuſpi ctionem ame ſcribi potuiſſet ℭ Sed & ruſticum nouimus qui cũ poſt longiores tortiones & uentris diuturnas inflamantiones diem obiſſet & mortui incideretur corpus longior in inteſtino fixura inuencta eſt ex qua etiam recentes uuas quas Paulo ante comederat prorupiſſe conſpeximus.

## ℭ Admirandum quatrageſimum ſextum.

## VERMIS EXPECTORE PROPVLSVS.

LAborabat Antonius ſiculus moleſta quadam tuſſicula & cũ diu nihil conferétibus auxiliis hoc malum tolleraſſet ad nos tandem uenit rem exponit:conſilium querit.nos uero & ꝗ morbus diucius inueteraſcet & quod multos expertus medicos: nihil omnino profeciſſet:putabamus hoc uicium egre elidi poſſe. uerum ne quid intentatum relinqueretur, marrubii ſuccum ex melle egrum deuorare iuſſimus ſingulis diebus:tum & interiectis temporibus ſcillã lambere:donec uermis ex eius pectore una cum tuſſi propulſus homi nem ſanitati reſtituit.

## ℭ Admirandum quatrageſimum ſeptimum.

## CALCVLVS VI SVA DECISVS.

NIcolaus Ruſticus calculo uexibatur:figura ut poſtea conſpe/ ximus:longiore.hic cum abima parte acutior & aſperior eſ ſet:ueſſicam ipſam incidit:tum & teſticulorum tunica per/ forata poſt multos ac pene intollerabiles dolores tandem in conſpe/ ctum uenit:quo haud magna poſt modum. difficultate deducto; cum multi hominem moriturum:& quidem recte iudicarét neqꝫ enim ueſ ſica cum inciſa fuerit preſertim inferiori parte:choeret ille tamen pre ter omninum opinionem conualuit:hoc ſolum ex tanto malo homi ni incommodo relicto quod inde ſemper quo ad uixit uriná reddidit.

## Admirandum. quatragesimumoctauum.

## CALCVLO EVVLSO SANATA EST MVLIER.

c Alculum non inuiris tantum: ſed etiam in feminis concreſcere cetrum eſt monialis quedam. xii. iam die urinam nō reddebat. propterea quod ipſius urine iter calculo oſtrueretur: quo etiam materia multa confluxerat. quare cum neq; enea fiſtula neq; medicamentis aliis uinci hoc malum poſſet in ſolitum alioquin ſed tamen opportunum conſilium capiens: uncum calculo iniitione ſcilicet concuſſus iterum in ueſſicam reuolueretur: tum ferramento priori parte retuſo calculum ipſum percutio. donec ſepius ictus infruſtra cōminuit: & tunc omni qua potui diligentia ne quid intus omnino lederetur: uncum ipſum pariter ac ferramentum reduco: ex quo ſimul urina atq; calculis remiſſis ſtatim ſanata eſt mulier.

## Admirandum. quatragesimumnonum

## EX SOLO VENTO MORS SVBSEQVTA.

LOdouicum nicholinum generoſi equitis Octonis filium uidimus qui cum ſolo uēto uiſcera & ſtomacum impetentibus adeo in monoculo afflictaretur: ut dum pars parte premitur exitu hinc inde negato. nō ſolum uiſcera ſed pectus ſed ſcapule etiā incredibili extenderentur dolore & ſpiritus magna ac miſerabilis fieret anguſtia. Tertio deniq; die nihil conferentibus auxiliis euita migrauit inciſo autem eius cadauere & uiſcera omnia uento plena conſpeximus: & in ſiniſtro cordis uentriculo obduratum callum inuenimus: qui nucis magnitudinem equaret. quare ut illum hoc eſt uentum mortis ipſius ita hunc. ſ. callum aduerſe hominis ualitudinis cauſam fuiſſe arbitrati ſumus.

## Eliſianus Neapolitanus.

AVguſtinus Palmerius uir admodū generoſus patriciuſq; Neapolitanuus annum agens ſeptuageſimum quartum bone ſatis habitudinis ac robuſti corporis. magna quadam ac groſſa uentoſitate inteſtinorum ſtomaci ac pectoris loborante & ipſum intollerabili dolore uexante cum pluribus ante ac diebus calculo laboraſſet

ut alias conſueuerat tandem remiſſo calculos odolore infeſtante uēto ſitate dicta fui uocatus una cum. D. Clementio Gactula phiſico inſi/gni cui applicata fuere aliqua remedia intus & ſicute & deliberātes de aliquo conuenienti enemate uel electuario per os ad delendam hanc peſſimam uentoſitatem mulieres aſtantes dixerunt habuiſſe peſſi/mam noctem nihilq; cibi inueſperi precedenti aſſumpſiſſe quare ad hoc aduertētes cum in uirtute uitali ceperat iam claudicare & pulſum mali ponderis percepimus non abſq; prauis differentiis cum oculus dexter medici debeat eſſe ad uirtutem refocillauimus hominem cum piſto uino guarnaczino & ſimilibus demum poſt aliquarum horarum ſpacium reuerſi ſumus credentes uirtutem aliquo modo ſubleuari qua non ſic inuenta immo ſequentibus malis pulſus differentiis cum no tabili frigiditate extremorum ac liuiditate quadam in membris ſuis du bitauimus ſatis de ipſius uita & ordinata fuerūt cito q̄ illi pro ſalute anime conueniebant & ſic noſter auguſtinus prius ſedens poſt modū ad cubile accedens quaſi ſuffocatus impauciſſimis horis uitam cum morte commutauit ex ſola uentoſitate groſſa nedum ſpiritualia forti ter comprimente ſed inducente grauiſſimum dolorem uirtutes om/nes in breui proſternentem quare c̄&.

℄ Admirandum quatrageſimumnonum.

COR PILIS REFERTVM.

IAcobus latro epatibulo quo ſuſpenſus fuerat: ueluti iam mortu/us: ſed qui tamen adhuc uiueret depoſitus atq; curatus conualuit: uerum; ut erat hō ingenio malo prauoq; ad eadem quaſi ſce/lera reuolutus quibus antea extremum promeruerat ſupplicium ite/rūm capitur atq; ſuſpenditur. quare hominis admirati nequiciam mor tui cadauer incidendum curauimus & inuentus eſt cor eius ob eximi am caliditatem undiq; pilis refertum. hoc idem inuentum eſt in corde ariſtomenis greci qui ſolus perhibetur integras acies pugnando in fu gam uertiſſe: eſt ergo non tantum ſceleſte ingenii ſignum; ſed quādoq; etiam rare fortitudinis.

℄ Admirandum quitumgeſimum.

EX STATA FEBRE VITA SVBLATA.

i Oannis architectus ſingulis annis ſtato die hoc eſt quo natus fuerat febre implicabatur que ex putreſcēti bile genita. ſuum circuitum ſeruans quartum & decimum nō tranſgrediebatur

diem.donec ſenio confectus & eadem ex more complicitus febre natali ſuo die ut morbi proſtratus nature conceſſit.

### ℂ Amirandum quinquageſimumprimum.

### MVLTITVDO VERMIVM EIECTA.

LAurentii lanii filium uidimus:qui ſeptimum agens annum triduo ex nimia lumbricorum ui fere mortuus iacuit / ſolo potu ex gramine acceto & ſacharo uiuens quarto autem die cũ medicamẽtum ex aloe mirra croco ei propinaretur duo de quinquaginta ſupra centum uermibus alue depoſitis ſtatim conualuit.

### ℂ Admirandum quinquageſimumſecundum.
### VERMES EIECTI.

IN auinionis balneis:que ſunt in agro ſenenſi.mulierem uidimus que continuis ſeptem diebus aqua epota. q̃ plurimos tandem exiis quos medici propterea quod cucurbite ſemina.imitantur: cucurbitinos uocant uermes eiecit qui ita inter ſe ſe dum.ſ.alter alteri mordicus inhererent iungebãtur ut cum ſua ipſi ſerie quatuor cubicorum longitudinem excederent.unum tñ corpus unum dumtaxat uermem putares.

### ℂ Eliſianus Neapolitanus.

IDem nos uidimus deparuis muribus uiuis ad ſe inuicem continuatis ad longitudinem duorum cubitorum in itinere acerrarum bene demane in uia ubi dicitur lo ſalice.

### ℂ Admirandum quinquageſimumtertium.
### FRVSTVM CARNIS EIECTVM.

ALiud etiam memoria dignum uidetur mulier.prefocata cum ab oĩbus pro mortua hẽretur & de eius potius funere q̃ de uita cogitarent affiſtentes. paulatim quaſi grauiori ſomno excitata in moleſtiſſimã incidit tuſſim:qua eum diu agitata eſſet:durioris tandem carnis fruſtulum eiecit:& ſanata eſt. ℂ Sed iulianus medidice artis profeſſus:dum grauiter egrotaret & aduenienti medico dolo

remquo circa uentriculum miſerabiliter cruciabatur:exponeret:tangē te illo ut fit ac manibus locū pertractante erupit in uomitum in quo etiā ipſe fruſtrū carnis ad parue pile magnitudinē inquo uermis nō ſecus ac brucus in ſiliqua recludebatur eiectans ad priſtinam ſtatim re uerſus eſt ualitudinem.

C Admirandum quinquageſimumquartum.

QVE INCISO MORTVO NOTATV DIGNA INVENTA SVNT.

NOn uidentur ſilentio eſſe pretereunda: que nuper in inciſo Iacobi cuiuſdā furis inſignis cadauere ad notauimus biſur catam. ſ. uenam: que aliene ad uentriculum atram defert bilem: tum & abſceſſum in ſiniſtro cordis uentre pituitam redundantē poſtremo & poſteriorem eius capitis partem ubi memorie ſedes eſt: adeo breuem: ut tantillam cerebri porciunculam contineret: quam ob cauſam cum priorum ſcelerum & eorum que pro hiis ſepe paſſus fuerat tormenta. ſcilicet: exilia & carceres minime recordaretur to- ciens ad uomitum tanq̄ canis impudens reuerſus eſt ut in laqueum tandem inciderit uiteq; ac furti finem fecerit.

C Admirandum quinquageſimumquintum.

MVLIER EX LAPSV VRINAM CONTI- NERE NON POTERAT.

VEnit ad me mulier quedā: que urinā cōtinere nō poterat cumq; aliquod a nobis Preſidiū plurimis iam defatigatis medicis: ex poſceret: interogo an aliq̄ huius mali cauſam teneat: negante illa iterum quero ceciderit ne: ex quo forte ani ſedes eliſa fuerit: cumq; & ipſa fateretur olim ſe deficu prolapſam ultimam ſpine uertebram elidiſſe: nullo tamen inde ſenſibili percepto nocumento & nos nō fugeret oriri ex ea ipſa uertebra neruum qui conſtringendi ueſſicam uim habet: huius ſtatim egritudinis cauſam deprehendimus. Attrito enim ex eius lapſu neruo ipſo conſequens fuit ut relaxata ueſſica uri- nam continere non poſſet quod & ſepe alias ex eadem cauſa acci- diſſe cognouimus. hoc igit̄ nos malo idoneis eliſo preſidiis mulierē ipſam per dei gratiam priſtine ſanitati reddidimus.

C Admirandum quinquageſimumſextum.

CALCVLVS IN TVNICA FELLIS

F

DEceſſit his diebus mulier nobilis diamantes nomine. dolore e proſtata calculi: ſed cum nullum antea ex eo percepiſſet nocumentum. uiſum eſt medicis mortue cadauer inſcidere: reperti ſunt lapides q̃ plurimi non quidem ullus in ueſſica: ut putebatur: ſed p̃ter unū qui in tunica fellis coloris atri & magnitudine caſtanee attide cōtinebat: ceteri omnes in panniculo: quo cōtegit epar: unde etiam ueluti in folliculo dependuli ſacculum effecerant. hanc autē nos mortis cauſam rati ſapientis uiri conſilium eſſe duximus: nihil omnino de incertis & occultis morbis ſtatuere.

¶ Admirandum quinquageſimumſeptimum.

## MORBVS COMMICIALIS.

ET ſi notiſſimus inter ceteros morbos eſſe ſoleat qui cōmicialis nominatur: ignotus tamē apud multos plerunq; eſt. ut quem nuper in puella uidimus aretina que cū huiuſmodi inuaderetur morbo: minime ut aſſolet concidebat: minimeq; ex eius ore ferebatur ſpuma. ſed ſtans caput tantum hincinde. ac ſiquid inſpicere uellet tota cum ceruice monebat: nihil interim loquens: nihil audiens: nihil ſentiēs: cunq; iterum ad ſe reuerteretur: interrogata quid egiſſet penitus ingnorabat: cauſam autem perquirētibus nobis cur puella cum cōmitiali afficeretur morbo. non concideret: uiſum eſt ex hoc contingere quod contractio & tenſio ad cerebrū non ferretur: cum ſolus uapor ſurſum aſcēderet: ex quo nullo rigore cerebrum ipſum intentum ab inordinatis motibus reliqua mēbra preſeruare poterat. Quod aūt puella ipſa hoc morbo laboraſſet & medici omnes quicunq; eam uiderant affirmabant: & rei euentus facile comprobauit: cum prorumpentibus menſtruis hoc malum euaſerit. nam ut quandoq; in pueris uenus: ita in puellis menſtruorum inicium huiuſmodi morbum tollere ſolet.

¶ Admirandum quinquageſimumoctauum.

## ELEPHANCIA.

LOngis morbis annumeratur is: quem Elephantia greci uocāt: qui in Italia pene nunq̃ uiſus a medicis: uix dignoſcitur: peregrinum quendam uidimus in grabatulo iacentē: cuius ſumma corporis parte maculis quibuſdam ad atrum colororem uergentibus inficiebat: & cutis inequaliter aſpera craſſaq; & ueluti ſquamis

feda ac liuens diuerſis etiam locis mollis ac dura oſtendebatur/quin & oſſibus ipſis ut uidebatur iam uiciatis & uniuerſo corpore macie ac ta be cõfecto/ita fere ipſius os pedes & manus intumuerãt ut utriuſq; par tis digiti ſub tumore ipſo conderentur.quare cum ad hec mala etiam febricula quedam adderetur/que hominem abſumeret/unius tantum mẽſis ſpacio euita migrauit ad dominũ. Parcat igit᷑ Auic.qui elephã tiam tumorem pedũ dixit cum hec non ſolum pedes ſed uniuerſum corpus afficiat & ſpecies lepre ſit que aput noſtros non dũ uiſa/apud Paulum probe deſcripta notatur.

¶ Eliſianus Neapolitanus.

c Onſiderãdum eſt tantum Apollineum principem non abſq; ratione ita loqui nam loquitur auic. loco ſupra annotato de particulari elephãcia ut in pluribus contingente & ſic intelli/ gendum ẽ uerbũ ſuum de tumore pedum cũ hoc tamen ſtat uniuerſalẽ ipſam elephanciam totum corpus comprehendere ut de Nichoma co ipſe auicẽna alibi expreſſit. Et ualde mirãdũ eſt hũc Antoniũ beni ueniũ Florentinũ cõtra tã illuſtriſſimũ medicine principẽ ita in cõſide rate loquutũ.& ad pauca aſpiciens de facili enunciãdo ſic oberrauit.

¶ Admirandum quinquageſimum nonum.
VERMIS ENARE PROIECTVS.

SOlet interdum acutus & peſtifer dolor in capite excitari quem greci Cephalalgiam uocant: ſed talem quo caligent oculi: alie netur mens/citetur uomitus ſupprimatur uox frigeſcat corpus & ipſa deniq; deficiat anima: rarum eſt uidere.nam & nos amicum ha/ buimus philippum nomine qui cum his omnibus ageretur malis & aduenie͂te die ſeptimo mors ipſa nullis conferentibus auxiliis iã iam adeſſe uideret᷑.ui tandẽ robuſtioris nature uermẽ a dextra nare palmo longiorẽ eiecit/quo propulſo oĩs ſtatim cũ eo ammotus eſt langor.

¶ Admirandum ſexageſimum.
VICIO LIENIS CVRATVS.

LIenis uicio afficiuntur q̃ plurimi/horum ſiniſtra pars tume ſcens ac durior prementi remititur quod ſi diu perſeuerat: nam interdum perpetuum id malum eſt/tumeſcunt cru/

ra/& ſi ulcera preterea innaſcunt uix ſaneſcũt.multos nos tali uicio affectos curauimus inter quos unum quem cum ſeptennio hoc mor bo uexatus fruſtra multa conſilia ac pene infinita preſidia expertus fu iſſet/ſolo tandem cappari qui tali egritudini aptiſſimus cibus eſt. ſo laq; ui aque inqua faber ferrarius ſepe candens ferrum extinguit. an nua potiõe liberauimus.unde & compertum eſt animalia/ que apud hos fabros educantur q̃ per exiguos habere lienes.

## ❡ Admirandum ſexageſimumprimum. ALAPA MORTVVS.

EXorta inter duos iuuenes lite.cum alter alterũ extento brachio alapa percuſſiſſet/in morbum ſtatim/ quẽ apoplexiam greci uocant/reſolutus uapulans paucis etiam horis iugulatus inte riit.quare conuocatis medicis inuinculis enim detinebatur reus) que ſitum eſt de cauſa mortis ipſius/ utrum aliis inictum ipſum quo mate riam conmotam fuiſſe putarent/aliis in humidiorẽ locum quo diu cius obdormierat nõ nullis etiam inlautiorem uictum & potum ple niorem quo dũ uixit eſt uſus.huiuſmodi mali cauſam referẽtibus indi ſcuſſum apud preſidem remãſit iudicium: ❡ Nouimus item fullonẽ quendam nomine Petrum qui unico pugno ſtomacum cuiusdam iu/ uenis uiolentius percuciens hominem interemit.

## ❡ Admirandum ſexageſimmum ſecundum. GEMINI PVERI.

g Eminos naſci nullus dubitat ſed ita naſci ut indiſtĩcti ſint mõ ſtruoſum. ❡ Mulier quedã alexandra nomine ex mediolanẽ ſi agro Florentiã ueniens geminos mares queſtui, ſpectandos dabat quorũ alter integer toto corpore diſtinctiſq; membris erat alter uero ita ſcapulis alterius iungebatur uentricolo ut ille totum capud in geciſſe uideretur:cetero,uõ corpore ab eo ſe iunctus nõ ſecus illo de mã milla matris lac exugente mouebatur ac ſi ipſe pariter ſugeret eodem tẽpore uidimus & alios geminos qui ab utero ad plantam pedis co/ hierant capite excepto alter ſiniſtro dextro altere ubi iungebantur ca rebat braccio.coxa crux & pes unus erat altera tamen corporis partẽ integra ſe iunctaq; diſtinguebatur.

FINIS.

# CONTINENTIA LIBELLI DE MIRANDIS MORBORVM ET SANATIONVM CAVSIS CVM ELYSIANIS ANNEXIS.

De morbo quem uulgo gallicum appellant.admirandum Primum.
Elyſianũ annexum de ſtupẽdo morbo incognito ad longum cum ſignis ac cauſis eius modoq; curationis.admirandum, 2.
Item uermis uomitu proiectus.admirandum. 3.
Eliſianum Annexum cum mirandis.additis.admirandum. 4.
Itẽ lapides in tunica epatis reperti Eliſianum annexu ibi uide.de obſeruanciis regum ac imperatorum antiquitus.admirandum, 5.
Item umbillicus prominens. admirandum. 6.
Item ex ano euacuata urina.admirandum. 7.
Itẽ mulier a ſpiritu malo oppreſſa Elyſianũ annexũ.admirãdum. 8.
Item ſanatum genu miraculo euidẽti Elyſianum annexum.admi. 9.
Itẽ ſagitta impcordiiãs uulnerãs miraculo liberat patiẽs. admi. 10.
Itẽ ruſticus per ãnũ nihil bibẽs ab aqua inter cutim liberat.admi. 11.
Itẽ ex frigidiſſimo ẽplaſtro mors ſubſequta elyſianũ ãnexũ.admi. 12.
Item ex frigidiſſimo aque potu mors ſequitur.admirandum. 13.
Itẽ defectio ex frigidiſſimi uini auſtu elyſianũ annexum ibi uide de uino egri.gie dicta.admirandum. 14.
Item eroſum capitis os.admirandum. 15.
Itẽ lapis ex inteſtinis eiectus cum remiſſiõe elyſiani annexi.admi. 16.
Item de erea acu perforante ſtomacum.admirandum. 17.
Itẽ ob incuriã alepra liberatus Elyſianũ annexũ uide egregie.admi. 18.
Item de attonitis fulmine patre . ſcilicet & filio.admirandum. 19.
Item de ſagitta carminibus euulſa.admirandum. 20.
Item naturalia clauſa inciſione curantur.admirandum. 21.
Item emortuus fetus unco extrahitur.admirandum. 22.
Item de nato ano clauſo.admirandum. 23.
Item de inteſtino tenuiori clauſo. admirandum 24.
Item de moniali inteſtiorum dolore mortua.admirandum. 25.
Item de ſtomaci rara indiſpoſitione.admirandum. 26.
Item callus in meſeraicis uenis.admirandum 27.
Itẽ de angine inciſiõe Eliſianũ annexũ ꝓpria indiſpoſitiõe.admi. 28.
Item eleuatio ſtomaci abſq; ſenſu.admirandum 29.
Item menſes uomitione proiecti.admirandum 30.
Item de pure per urinam deducto.admirandum. 31.

Item ex tabe ſanata ſola ſanguinis miſſione.admirandum. 32.
Item de ammiſſa atq; recuperata memoria. admirandum. 33.
Item ex diſtenſione neruorum mors ſubſequuta.admirandum 34.
Item ex inciſa arteria fere mortuus. admirandum. 35.
Item peſtilenti febre arreptus . admirandum. 36.
Itē claudus ex loco eminētiori cadēs liberꝫ recipit greſſum.admi. 37.
Itē ſcorpii morſus glacie ſe opprimi q̄rebat Elyſianū ānexū admi. 38.
Item mulier fere mortua ex ſanguinis miſſione.admirandum. 39.
Item ex quartana male curata ſanitas tū & mors ſubſequta.admi. 40.
Item difficultate ſpirandi mortuus.admirandum. 41.
Item puer horrore mortuus admirandum. 42.
Item ictus in tunica cordis cōualuit. admirandum. 43.
Item uicium ſtomaci curatum.admirandum. 44.
Item qui ex nimia plenitudine mori uideretur ſola ſanguinis miſſio
ne ſanatur.admirandum. 45.
Item puella oculo perforato uiſum recuperauit. admirandum. 46.
Item ſciſſo inteſtio graciliori uita ammictitur.admirandum. 47.
Item uermis ex pectore propulſus.admirandum. 48.
Item calculus ui ſua deciſus.admirandum. 49.
Item calculo euulſo ſanata eſt mulier.admirandum 50.
Item ex ſolo uento mors ſubſequuta.admirandum. 51.
Elyſianum Annexum.
Item cor pilis refertum.admirandum. 52.
Ex ſtata febre uita ſublata.admirandum. 53.
Item multitudo uermium eiecta.admirandum. 54.
Item uermis alii eiecti. admirandum. 55.
Elyſianum annexum . admirandum. 56.
Item fruſtrum carnis eiectum .admirandum. 57.
Item que inciſo mortuo notatu digna inuēta ſunt.admirandum. 58.
Item mulier ex lapſu urinam concinere non potuit.admi. 59.
Item calculus in tunica fellis.admirandum. 60.
Item de morbo commiciali.admirandum. 61.
Item de elephancia ſequitur . admirandum. 62.
Elyſianum annexum.admirandum. 63.
Item uermis enare proiectus.admirandum. 64.
Item uicio lienis curatus.admirandum 65.
Item alapa mortuus.admirandum. 66.
Item gemini pueri.admirandum. 67.

FINIS.

HEc igitur ſunt magnanime Comes. que de admirandis mor
borum ac ſanationum cauſis. Ego Ioannes baptiſta Elyſius
Neapolitanus.cum Beniuenio Florentino huic noſtro pre/
ſentaneo auxilio in luem gallicam tuis preſidiis addere ſtudioſe cura
ui. Et licet plura admiranda eriam in natura annectere decreuerim:
tamen breuitatem amplexus.ne de genere in genus tranſirem deſtiti
ab intento.optime ſciens te ſapientiſſime heros:non latere magnos
philoſophie principes:huiuſmodi admirāda in natura grauiter & ſuc
cincte cōplecti hec itaq; & ſi minima uidētur. Si tibi grata eē perſenſe
ro.ad alia maiora & admirabiliora tuo inclito nomini dicanda perue
niā. Sis igitur felix literatorum clipeus & bonorum.columen.

FINIS.

n On inmerito Sapientes teſtātur: nihil excogitaſſe naturā in
rebus hūanis.amicicia p̄ſtātius cū nihil ſit tā nature aptū tāq̄
cōueniens ad res ſecūdas ul' aduerſas q̄ amicitia. Has.n.ac ple/
raſq; alias amicitie ꝓprietates:antiqtus apud Romanos pictura amici
tie demōſtrabat. Depingebat'.n. Iuuenis forma diſcoperta capite que
erat tunica rudi induta in cuius fimbria ſtrictū erat mors & uita. infrō
te Eſtas & Hiems habebatq; latus apertū uſq; ad cor & brachiū incli
natum digito cor oſtendētem ubi ſcriptum erat lōge & ꝓpe. ¶ For
ma iuuenilis indicat amicitiam ſemper recētem:nullaq; temporis diu
turnitate tepeſcētem.nudum caput.ut omnibus pateat & amicus nul
lo unq̄ tempore amicum ſuum publice confiteri erubeat. Rude aūt
indumentum onſtendit ut amicus nulla ardua extremamq; inopiam
pro amico ſubire non recuſet. Vita & mors in ueſtimento ſcribuntur.
nam qui uere diligit uſq; ad mortem amat. Eſtas & hiems:quia & in
proſperis & in aduerſis eque amicitiam ſeruat. Latus apertum habet
uſq; ad cor quia amico celat.brachium inclinat & digito cor oſtendit:
ut opus cordi & cor uerbis correſpondeat.longe & ꝓpe ſcriptum eſt.
quia uera amicitia nullo tēpore aboletur. nullaue locoꝝ intercapedi/
ne amicū ſeperat: Beatus qui per omne uiuendi ſpacium taliuſmodi
amicus erit. Deſerta eſt uita hominis nullius amicitie cincta p̄ſidio:nul
luſq; eligat uiuere ſine amicis habens omnia alia bona.

Impreſſum Neapoli. Per Antonium Frizam
Corinaldenſem. Anno dñi. M.D.XIX.
Die uero. XV. Menſis Februarii.

PHILIA
THEIOS
CHIMON
MACRAN
PLISION
THANATOS ZOI

JOANNIS
ELISIJ
OPUSCULA
MDXIX